

INCIPIT LIBER VII.

Lubica ems
poriū singu
lare.

Rex Danor
salutatur Lu
bicæ dñs.

Arx ad ostiū
Trauenæ tra
ditur regi.

Iffridus eps
Raceburgen
objt.

Arbitriū epi
cōstituēdi in
manū laicā.

Rex Danor
in Swecia
occupatus.

Hartwicus
archiep̄us
objt.

111
 Am Lubica preclara Wandalorū Wandalico uerius dixerim in solo fundata) urbs, emporiū singulare mercatorū, adhuc intra centesimū annum prime fundationis, in ius Danorū regis cōcessit. Nam proxima estate rex Lubicā ueniens, ciuitatis ibi dñs est consalutatus: quod antea etiam ciues deliberauerāt, cum ab Adolpho obliteretur, regi eam permettere. Iam ipse rerū cursus ordinabat, ut dñs fieret, nullo in eam rem educto gladio. Capto enim Adolpho comite, quid nisi in potestate habuit captiui omnia dominia? Quietum comitis arcē ad ostiū Trauenē tenuerūt, audito q̄ omnia pessundata essent, regi quoq; illam consignauerunt, pacti abire liberi. Hic est interim rerum status: ut unus Kanutus regem se Danor, Wādalor, & Nordalingie ferat, & in titulo scribat. Erat autē tum annus. MCC. Holsatiā tum pro rege administrandā accēpit Albertus de Orlemūde comes, frater uterinus Adolphi ex eadē matre: quod in Saxonia ostēdimus. Cunq; per ea tempora ecclesię Raceburgēsi precesset Iffridus, Euermodi, cuius supra uirtutes ostēdimus, successor, uir magnē patiētię, summę abstinentię, & totus religionis cultibus deditus. Illo autē circa hęc tempora deficiēte, facta est dissensio inter canonicos de successore: ipso necdū funerato. Pars enim cōuenerat in personā dñi Henrici, quē idē ille locus prepositū habebat, uirū discretū, & omni honore dignissimū: qui prepositurā suā multū ampliavit, rebus, personis, & edificijs: &, qđ omnia superat, religionis honestate. Pars autē altera, personā dñi Philippi, qui capellan⁹ fuisset episcopi defuncti, sibi preferri episcopū expetebant. Facta autē controuersia hoc ordine quieuit, ut partes, tam electorū q̄ eligētiū arbitrio comitis Adalberti se cōmitterēt. Mira illorū temporū simplicitas: ut in manum laicā conseruent arbitriū episcopi constituendi. Sed quid miramur: cum iamdudū ante Romanī ipsi arbitriū summi pontificatus cōstituissent in manū Imperatoris Henrici. III. Et Hērici alij, et Fredericus. I. diu super ea re durissimas cōtentiones, cum ecclesia, sub arbitrio cōstituendor⁹ pontificū habuerint: Et Henricus Leo eius rei sibi arbitriū desumpserit: quod superiora declarant. Ille ergo accepta deliberatione, Philippū cēsuit preponendū. Hęc autē ideo facta sunt, quia dñs Waldemar⁹ Danię rex, iam usq; ad Albinm omniū terrarū dñs, in Suecia erat occupatus: alioqui ad illum recesserunt. Philippus inuestit⁹, Bremā se cōtulit, & a dño Hartwico benedictionē episcopalē accēpit, sicq; cōsecratis ecclesijs, & ordinatis reb⁹ in sua diocesi, ad episcopū Traiectēsem est profect⁹: Ibiq; per annum cōsistens, dño regi Waldemaro, se non exhibuit: unde fact⁹ est regi suspect⁹: Sed tñ interueniente comite, in gratiā ei⁹ est reuersus. Nec multo post Hartwicus secūd⁹ Bremēsis archiep̄us uita excessit. Cūq; illo adhuc uiuēte ecclēsia ei⁹ miris motib⁹ cōcuteret, nūc destituta pastore grauiores turbationes exceperit. Nā electionis negocio pēdēte, interloquuti canonici, dñm

LIBRI VII. CA. II. ET III.

Waldemarū Sleswickensem ep̄m, qui tū lōgeua captiuitate solut⁹, Bonō
nię agebat, unanimi cleri & populi cōsensu, archiep̄um postularūt. II.

Verunt tñ, qui se huic electionis, siue potius postulationis nego-
cio subtraxerāt, non reclamādo, sed elongādo, rem improbarūt.

Burchardus hic erat maior prepositus, cum quibusdā adhērēti-
bus. Hāburgenses aut̄ canonici, propter regem Waldemarum, qui ipsam
tum tenebat ciuitatē, suspecti in hac electione habiti, non uocabantur ad
eam: qui de cōceptu suo, grauiter se opponebāt postulationi: dicētes, suā
esse ecclesiā matricem: a qua deriuatus est honor metropoliticus. Quia de
re, iniquū esset eius membra in electione pr̄teriri. Bremēses, missis ho-
ratis nuncij, tam ex clero, q̄ ecclesię ministerialibus dño Waldemaro Bo-
nonię cōstituto, ipsam, illi de se factā postulationē intimarūt: qui accepta
cōpetenti familia, cum eisdē, & testimonio Bremēsis ecclesię, dño se presen-
tauit apostolico: qui ad gaudēs, dñm postulatū, quem sciebat esse uirum
regij sanguinis, per bernigne accēpit: ei cōgratulatus, q̄ post fortunę uari-
as iactationes, locum se dignū in archiepiscopatu reperisset: Nec tamē fe-
stinauit in cōfirmatione factę postulationis, donec diligentius de meritis
cause scrutaret. Quo tempore nūcij Hāburgensiū canonicoꝝ superuenie-
re, reclamātes postulationi, & eam min⁹ canonicā asserētes: Venit quoq;
orator regis Waldemari, Petrus Roschildēsis preposit⁹, sine literis tñ &
documētis ad causam publicis: que se incursione latronum in ipso itinere
diceret amisisse: postulationi tñ memoratę, magno nisu se obiūciēs: Cōmo-
ne fecitq; summū pōtificem iurisiurādi, qđ regi prestiterit Waldemarus:
nunq; se tali loco moraturū, in quo regi suspectus uideri posset. Cōmoue-
rat enim pridem illi bellū de regno, q̄ & ipse patre rege esset progenitus:
Illo Kanuto, qui cū Zuenone, & primo Waldemaro, partit⁹ esset regnū:
quod ostendimus in Dania. Quibus cognitis, papa Waldemarū per ali-
quot dies Romę detinuit: quoadusq; de sacri collegij cōsilio, de ipso ordi-
naret. Waldemarus aut̄ uidēs se in arto cōstrictum, illicētatiatus urbe sece-
dens, ad regē Romanor̄ se cōtulit Philippū, de regno decertantem, cum
Ottone, IIII., Leonis filio, qui eum honorifice Bremā misit. Illi exultātes,
postulatū suū cum gaudio suscooperunt. Papa aut̄ missis literis ad omnes
Germaniæ ecclesiās, Waldemarū inobedietē, uinculo excommunicatoris
districtum nunciauit. Bremenses hoc diu ignorauere, quia literas aposto-
licas nemo eis porrigit pr̄sumebat: donec in quadam missa publica, a
quodā inter ceteros offerente, in altare sunt collocatę. C A. III.

Anc aut̄ Waldemari episcopi in Bremā susceptionē, rex Walde-

mar⁹ tulit permoleste: Sciebat enim hominē non quieturum: q̄
se, ut diximus, coronę assereret affinē. Cum multitudine igitur
graui, rex diocesim ingredit̄ Bremēsem, uolens depellere Waldemarū, &
eius loco Burchardū prepositū introducere. Habuit aut̄ rex Gūcelinū, &
Hēricū eius fratrē, comites Zweringes, sibi tum grauiter aduersantes, q̄
Iohānem cognomento Gantz, terra ditionis suę eiēcissent: occupata arce
Grabow, que ad illum pertineret, profugiētem ad regē Danię memoratū:

Hāburgenses
Canonici de
cōceptu agūt

Opponūt se
Romæ.

Postulat⁹ sine
pape licētia
Roma abīt.

Papa excois-
cat postulatū

Rex Danor̄
in diocesim
Bremensem

LIBRI VII. CA. III. ET III.

Boyzēborg
arx dimitur.

Preposit⁹ ad.
archipatū
aspirat.

Stadiū obſi
detur & capi
tur.

Horneborg
occupatur.

Hāburgū in
solo Saxonī
co.

Luneburgū
in solo Wan
dalico.

Dulce Danis
i Germania
imperare.

missaq̄ parte copiar̄ sub manu Alberti comitis Nordalbingie. Hic erat ut dixim⁹, Hērici de Orelmunde comitis filius, qui matrē tertij Adolphi uiduam duxit cōiugem: unde erat Adolphi frater uterinus. Hunc enim, pulso Adolpho rex Holsatię prefecit. Albertus ergo arcem Boyzēborg diruit: deinde omnem terram Zwerinēsem evastauit. Waldemarus uero episcopus, petere armis regis ditionē constituit: ut se in eum vindicaret: Sed cęso per ea tempora Philippo Romanor̄ rege, partes Waldemari cōciderūt. Burchardus aut̄ maior ecclesię preposit⁹ ad archiepiscopatū aspi- rauit, Hāburgēses canonicos, & quosdā Bremēses sibi deuinctos habens. Ad regē Romanor̄ pficisciēt Ottonē, ab eo impetrās inuestiturā episco- pale. Cuncq; compos uoti redisset Hamburgū, eam urbē in sua tenuit po- testate: & per quosdā amicos, etiam Stadiū urbem accœpit. Veniens aut̄ Waldemar⁹ episcopus latēter eam urbem recipere tentauit: sed impedit⁹ est diligētia aduersantiū. Ergo cōtractis armis, ex omni dioceſi, Stadium Waldemarus episcopus obſedit, & coepit armis, fugientibus aduersarijs: direptū est opidū misere. Sed tamen postea Burchardus, cum amicis recu- perauit atq; firmauit. Porro rex Waldemarus, Albim ponte strauit: qui- busdā credo locis oportunis, que tum angusta fuerint: ut de insula trāliēs, in insulam, ultra Albim mitteret equites, pediteſq; & ita infusus partib⁹ Bremēlium, per suos, arcem apprehendit Horneborg, & diligētissime cō- muniuuit; tenuitq; durante illo bello.

CA. III.

Perepreciū est intueri, quis tum stat⁹ fuerit Hāburgi, antique ur- o bis, postq; Adolphus comes, relicta non modo Holsatia, sed etiā ut hic locus indicat comitatu Stadensi: de quo Waldemarus & Burchardus cōtēderūt: cōcessitq; in Scowenborg, antiquā patriā. Certe Hāburgū peruetusta memoria semper Saxonū genti inscribit⁹ cum omni Nordalbingia: hoc est Stormaria, Holsatia, Thietmarsia: Nunc obtinuit cōsuetudo, ut Wādalicis urbibus annumeret, quomō & Luneburgum que ab omni sui memoria Saxonib⁹ paruit. Sed nulla unq; memoria p̄di- dit his urbibus, Hāburgo, & Luneburgo Wādalos habitasse: q̄q; Lune- burgū in solo Wandalico conditū ab Saxonibus, negare non possimus, quomō Lubicā, Wismaria, Rostockiū, & que in ea sequuntur littore ma- ris Germanici: Sed uetustior est memoria pulsor̄ Luneburgo Wādalos- rum, q̄ ceteris. Hāburgū uero, illo, quod scribimus, tempore, Danie reg- parebat, cum omni Nordalbingia, & ciuitate Lubica, postq; Adolphus, eius nominis tertius, per brumā glacialē Hamburgo interceptus a Wal- demaro, tunc duce, postea rege, coepit omni illa ditione carere. Sperau- rāt diu Saxones, ducē Waldemarū, postea regem, sororio suo Wilhelmo, Hērici Leonis filio, Nordalbingiā donaturū: Sed dulce semper fuit Da- nor̄ regibus, in Germania tenere ditionē: unde flecti non potuit Walde- mar⁹ ut ea cederet. Alberto tñ de Orlēmude comiti, eā rex permisit admi- nistrandā. Hic est ille Albertus, quem annales nostri prodūt, non ostensa eius origine: nisi q̄ testātur, regem Waldemarū fuisse auunculū eius: & alijs loci s memorāt, Wilhelmu Hērici Leonis filiū, Ottonis tum Roma-

LIBRI VII. CA. III. V. ET VI.

norū regis fratre, habuisse coniugē Waldemari germanā: Vnde in suspicione uenerūt nōnulli, fuisse Albertū Wilhelmi filiū: Sed tēpora non patiunt. Paruit ergo ea tempestate Hamburgū, quomō & Lubica, regi Danorū Waldemaro: quomō aut eam occupauerit, in Saxonia dixim⁹. Deinde cum eadē urbs iam Romanorū regi Ottoni subesset, occupata secundo ab rege Waldemaro, donat Alberto memorato in perpetuā possessionem: Vnde extat literæ Alberti, super qbusdā iurib⁹, illi tum urbi pmis̄sis. Arcē ille firmauit super eā ad orientē, cui⁹ extat fundamēta, non lōge a villa Stenbecke: cū rex oppugnationis tēpore aliā teneret ad occiduū, in expugnatione secūda: cuius loci nomē pmāsit, sed nulla uestigia: appellat enim Noua arx, uicus nūc ciuitati inclusus, tum locus erat extra mœnia: Tenuitq; Albert⁹ Hāburgū, usq; ad tēpora, IIII. Adolphi, qui eam urbē cum omni Hollsatia recuperauit: potitus magna de rege uictoria in Bornehouede, ipsa die Mariæ Magdalenaæ.

CA. V.

Aec aut tēpora memorabilibus rebus sunt insignita: Nam anno

h post natū Christū, MCCVIII, Waldemarus Danię rex, ministerio Iarimari principis Rugianorū, fundauit urbē nūc p̄cipuā Stralessundēsem: quę nūc in ceteris urbib⁹ Wādalicis non minima, floret opibus: ciuib⁹ plena, edificijs exornata: quę unde nomē sortita sit, paulisp intendamus: Danice linguæ uocabulū, Sund, insinuat eius authore fuisse Danū, aut Danis parentē: talis incunctāter tum fuit rege stat⁹. Vocat aut Dani angustā maris fauce Sund: nā cū Dania sit tota insularis, pr̄ter Iutiam, & Scaniā, quę sunt peninsule, ut in principio Danię ostēdimus, multas esse fauces maris, faciūt insulę sibi obiacētes; inde Orsfund, Gronsfund, & eius generis: Eundē in modum hæc urbs, quam scribimus, obiacēs Rügen, Wandalorū insulæ, Stralessund est uocitata, q̄ proxima insula Strela diceretur: nunc detorto, ut fit, paulisper uocabulo, Stralessund appellat, a proximo mari, & inter Rügen, & urbē excurrēs, ambas diuidit: Sic enim Strelessund, quasi Strele faux, uocatur. Ita maris uocabulū, proximæ urbi nomē indidit. Eodē anno urbs Lubica proprio conflagrauit incendio, usq; ad domos quinc⁹ tota consumpta: quę hodie nomen seruant, ut uicus quinc⁹ domorum appelleatur.

CA. VI.

Er eadē tēpora, rex Waldemar⁹ multis auētus uictorijs, Prussiā p̄ est adortus: & ad iuga sua coegit, ut tributa persolueret: nondū enim ordo Teutonicorū eam accēperat terrā cōmendatā. Inde mouens, cōtendit aduersus duces Pomeranię: quos, ut Obotritos, suę uoluit parere ditioni: quo expedito, iam omnē maritimā teneret Wandaliā: nam ab occidua parte Wagriā tenebat, cum Hollsatia: inde Obotritorū, & Kissinorū, quę nūc tota est Magnopolis, subiectā tenuit: cum principes eius, dñm illū suū recognoscerēt: Rügen iam a multis annis pater eius domuit: quib⁹ si accessisset Pomerania, nihil deesset littori Wandalico, qđ nō regi paruisset: nā mediterranea, uel marchioni, uel duci Saxoniæ, erant subdita. Rex tum aliquā ciuitatibus in Pomerania captis, & Demyno nostra urbe instaurata, impositoq; pro tēpore pr̄silio, uictorē exercitū redu-

Hāburgū dī
uersos habu
it dños.Nulla uesti
gia Hābur
gensis arcis.Stralessunda
per regē Da
norū fundataEtymolo
gia Strales
sund.Rex Danorū
in Prussiam
ante ordinē
TeutonicorūMagnopolis
qd cōplectat

LIBRI VII. CA. VI. ET VII.

*Met⁹ pessim⁹
custos.*

Pont. uariat.

*Frideric⁹ II.
ecclesiae grā
uissimus.*

*Legati Lu
bicis ad
Imperatorē.*

*Facile Lubi
censes impe
trant.*

*Lubica Im
perio reinte
gratur.*

*Arx Lubice
cōfringitur.*

*Exercit⁹ Da
nor⁹ g. Iutia*

xit in Daniam. Interim Lubica misere seruiebat: qui arcis præsuere Dani, ciuib⁹ nimiū graues incubuere: tantūq; imperij sibi uedicabat, ut etiā uicos, de regis & militū nomine censeret. Sed pessimus diuturnitatis custos est metus: quē enim quisq; metuit, perijisse cupit. Ciues continuo cogitabant, quomō regis man⁹ euaderet, & ad pristinā libertatē, Deo miserāte, rediret. Erat tum in Romano Imperio maxima turbatio: q; Ottonē. IIII. Sūmus pontifex, quātū antea aduersus Philippū adiuuerat, tantū homini postea infensus, ubiq; reluctat: efficiēs, ut cōtra illū eligeret. II. Frideric⁹ Sicilię rex, Henrici. VI. filius, & Friderici. I. nepos. Quantū autē in illius prouectione profecerit ecclesia, non est nūc dicēdi locus: sed sequētia mōstrabūt: quia non est inuētus alius Ro. Imperator Christianis tēporib⁹, qui grauior fuerit Ro. ecclesię, cūctęq; Italię; cui⁹ uastitatē maximā suis tēporib⁹, presertim Lōgobardiq; & fēcit, & p̄curauit, sed hēc interim. VII.

Nnus erat a nato Christo post milleducentos. XXVI. cum in Romano Imperio Fridericus iste. II. ageret. Ciues Lubicēses legationē solennē faciunt ad Imperatorē, ostendētes maiestati suā, olim se paruisse illi⁹ auo: & eius munificētia multis dotatos libertatib⁹ ad decus Imperij, q; in eius ultimo sinu cōstituti, minimā ex illo protectionē haberent: deinde uaria fortuna iactatos, nunc ab Henrico Leone, nunc a uicinis comitibus exagitatos, nouissime in ius atq; ditionem Danor⁹ regis peruenisse; orabant q; sancte, ut seruituti grauissimā exempti, ad Imperij protectionem suscipierentur: facturos in reliquū tempus Imperio Romano omnē cum obsequio honorem. Facile impetrat qui sic petit, ut meliorem faciat conditionē eius, cui supplicat: Facilisq; est inuentus Imperator ad ea concedenda, quāe amplitudinē eius decorarēt. Solenni ergo exemptione iurib⁹ exceperit quorūcunq;, qui Imperio suā pridē ciuitatē detraffissent: & ad integratam Ro. ditionis denuo reuocauit: scribēs principib⁹ uicinis, Bernhardo duci Saxonię, Gerhardo archiepiscopo Bremēsi, comitibus de Aldenburgo, Raceburgo, Magnopoli, ut suppetias ferrent urbi, ex fauibus Danor⁹ eruēdā. Reuersi oratores, clam omnē rem habuere: subductis literis, donec oportunū tempus inuenirēt, arcis in sua ciuitate occupandā. Dani ciuis custodes nihil tum suspicionis habentes, superbe ac libere agebant, euntes, & redeentes: Cum interim obseruātes nonnulli ex ciuib⁹ tempus negligētis custodiq;, clam ingressi arcem, cum arma sub uestibus gererent, facile enecatis qui restiterat, cæteros, si uellēt, abire permiserunt: arcemq; suā potestatis factam, statim cōfregerunt: & post non multos dies, fratribus Prēdictorib⁹ cōsignauerūt: qui usq; hodie tenēt: nomē q; q; nūc seruat monasteriū arcis, ut etiā nunc Borg dicat. Rex autem Waldemarus comperta Lubicensiū rebellione, exercitū contraxit ualidum, & per Iutiam pedestri itinere duxit in Holsatiā. Otto dominus Luneburgensis, nepos Henrici Leonis, ex filio Wilhelmo, natus forore regis Waldemari, auunculo suo Danorum regi tulit suppetias: Thietmaris quoq; iam dudum regi parebant: nam a temporibus Hartwi secundi archiepiscopi, qui grandi ære imposito, mulctare constituit, se

LIBRI VII. CA. VIII. ET VIII.

sunxere Waldemaro episcopo Sleswickensi, & perinde Danicę coronę. Pertęsi nunc & illi Danici imperij, cum inuiti regē sequeretur, in ipsa acie constituti, uersis clypeis, trans fugierūt ad comitē, & Lubicēses; Ciues aut iam dudū exhibitis Imperialibus literis, ad uicinos principes auxiliaria arma contraxerunt plurima.

CA. VIII.

Rmor̄ ductor erat Adolphus Holsatię comes, ordine. IIII. a primo ei^o nominis, ex Adolphi. III. quē primū Leo, deinde rex extulit Holsatia, filijs, qui potuit inter obsides esse, quos ille dedit regi, cum captiuitate laxare; nō enim esse potuit iste. III. qui in hac expugnatione pugnabat: illū enim hoc tēpore facio septuagenariū, ex diebus occisi patris apud Demynū. Erat enim cū ille cedere; ann⁹. LXIII. post centū milie; tum filius iste erat adulescētulus: ex hoc aut in. XXVII. post milleducētos fluxerūt anni ad minus. LXX. Hunc ergo. IIII. Adolphū illū accipio, quē ferūt Holsati, cum Danor̄ imperio premerent, per fœminā nobilē Dest, impetratū a patre puerū, in Holsatiā eductū: cū gladio ius suū Holsati se defensuros, præfecto in Zegeberg obtēderet. Erāt ergo in castris partis Lubicēsiū, Gerhardus archiepiscop⁹ Bremēsis, Albert⁹ dux Saxonie, Bernhardi filius, Hēricus de Zwerino comes, Burewinus Obo tritor̄ princeps. Cōuenerat exercit⁹ hostiles in mericā in Bornehouede, ubi die festo diue Magdalene, explicitis aciebus, pugnā inēut: Vota siunt in laudē Dei, si uictoria potirent: Initio certamine, diu multūq; cōflictatū est: sed Dani cōperūt solē aduersum habere, ut radijs reuerberati, cecutir̄: Cōtenderat enim Teutonici, & peruicerat, ut hostib⁹ sol in oculis eset, ipsis in dorso. Tum uisam credunt Magdalena opposuisse nubem. Ibi tum multis cēsis, rex cum filio fugā inīt: Otto dñs de Luneburgo captus principibus uenit in direptionē: Thietmarsi in ipsa cēde trāffugiētes, Danis ut hostib⁹ incubuere. Eius uictorię memoriam quotānis peragūt Lubicenses die Magdalene data stipe: Fratres quoq; Prēdicatores solennibus epulis institutis, maiores urbis inuitant, & pauperibus multa largiuntur: ipsi in gloriosa paupertate diuītes.

CA. VIII.

Aec est illa Lubicanę urbi gladio parta libertas. Exēmit Imperator, & excēpit in participiū Imperialiū ciuitatū: sed nulla arma exeruit pro illor̄ libertate: Ipsi suis gladijs, & uicinor̄ auxilijs libertatē sibi a Danis pepererūt. Ferunt Danicę regē, cum ante hos dies, qđ in Saxonía diximus, captus teneret ab Hērico comite de Zwerino, in sua relaxatione iureiurādo firmasse, nunq; se Nordalbingiā repetiturū. Proximo tñ anno, illo, quē nūc scribim⁹, magnū agmē infausto sydere duxisse in Holsatiā: Sed neq; sic quieuit: Nam anno qui tum sequeba; infesto agmine Holsatiā iterū petiuit: obsidēs Reynoldi arcē, nūc breuiato nomine uocat Rendes borg, clauē terre, & arcē liminarē. Adolphus Holsatię, Hēricus Zwerinēsis, comites, expeditis militibus obuiā egressi: Animos fecerat & regis, quē p̄cessit, captiuitas, & sequuta insignis de illo uictoria: paludē trāseūtes, a tergo imminebāt Danis: & initio conflictu, Danos soluere coegerunt obsidionē: aliqt captis, & cēsis: Rex tñ eodē agmine in

Thietmarsi
trāffugiētes.Holsatię co
mes armora
ductor.Principes in
castris Lub.

Fit p̄slūm.

Rex Danor̄
cū filio fugiePrēdicatores
in paupertas
te diuītes.Lubica gla
dio libertatē
recuperat.Rex Danor̄
denuo i Hol
satiam.Dani succē
buere.

LIBRIT VII. III. CA. VIII. ET X.

Danor rex
uindicat in
Thietmarsos

Nordalbigi
redeunt ad
Ducem.

Dani uastat
Holsatiā.

Demynēses
iugū Danos
iū excunūt

Nomē Wan
dalīcū exosū

Wādali sub
grauissimis
tributis.

Plebs Wāda
lo& trāssugit

Wādali præ
clara gessere

Thietmarsiā uersus, uindicauit in populū, q̄ fecerat trāssugiū, q̄ fide uiolata, in ipſa acie transiſſent ad hostes: multis eorū cæſis, & euocatis. Inde cōuertit agmen in Itzeho: sed ibi nonnihil acccepit detrimēti. Holsatis uidicq̄ incursantibus. Interea Adolphus, & Henricus, comites, missis solennibus nūcijs, Albertū Saxonij ducē euocarūt: ut ueniēs, ditionis suae uoluntarios Nordalbingos uisciperet, tuere: & recuperet ditionis suae terminos Raceburgū, & Louenburgū: quē cum prius, ut omnia, in manib⁹ regis extiſſent, nūc rebus cōuersis, ad antiquū dñm respicerēt. Non contēpsit ille legationem: ueniēsc̄ reccepit, quē pater suus Imperiali beneficio primus acccepit. Interim rex Daniē Holsatiā magno agmine p̄trāſiuit: & qm̄ in aciē Holsati prodire noluerūt, uastādis terris, & obsidēdis arcibus instituit. Obsedit tum arcē munitissimā Zegeberg, & aduersus eā ut expugnaret, firmauit aliud presidiū: sed fruſtrat⁹, rediit in regnū. X.

Er quē tempora, Demynū opidum orientalis Wandaliæ, quod p tum etiam Danorū regi imposito paruit præſidio: cum audirent ciues, uersa Danorū fortuna, Lubica, & omnē Nordalbingiam extiſſe iugū regis, & ipſi de sua libertate cogitarūt: Interpellauere autē cōgentiles suos, uicinos Wādalos: & facto impetu in præſidiū militū, qđ rex Daniē imposuerat, omnes aut ceciderūt, aut ablegerūt: nec mansit ex eo die quicq̄ in fide regis ex Wandalia, preter solā Rugiā: quē uirtute lārimari, sub regis imperio cōquieuit: Paulatim uero increscēte noua urbe in littore maris opposita Rugiæ, multi in eam commigrarunt Saxones, ut & lingua, & moribus, iamduđū sit Saxonica: qđ idē in Lubica, atq; Rosstockio, præclaris nunc eius prouinciae urbibus, cernimus euenisse: Nam & si fundus sit Wandalicus, omne tñ nomē Wādalīcū ita habuerūt, aduenę Saxones exosum, ut nō paterent̄ in suis collegijs, & societatib⁹ quē uis esse, qui non sit ort⁹ parētibus Teutonicis: idc̄ sacramētis extorquēt ab his, quos uiscipiūt: Magna gētis iniuria: quæ patrō solo exturbata, in ipſis suis nativis sedibus non sinit habitare, & uiuere: retrusa in mediterranea, ubi pro durissima seruitute multis dilabētibus, & Saxonū se populis immiscētibus, uix pauci ad agroꝝ culturā, sub grauissimis tributis refedērunt. Titulus autē gētis remālit apud prīncipes: qui moriētes, proxima successione illū trāsmiserūt ad duces Magnopolēses: quibus hodie paret terra, quē Wandalij nomē retinet: ex latissima Europe toti⁹ latitudine, redacta in breuē angulū, ut latissima natio, antiquū nomē nūsq̄ nisi in illo mūdi angulo cōseruet. Remansere prīncipes antiquæ originis, in ditionib⁹ suis, mālit nobilitas in paternis prēdijs, & possessionib⁹, rustica plebs effugīes durū iugū, imminuta est: trāſfugio deserēs agros, & abscondēs in extēnis gentibus originē: Facit hoc cōtemptus gētis, ut nemo, nisi quē lingua prodit, se fateat̄ esse origine huius gētis, hodie per Christianismū, ut dixim⁹, diffusissime. Quid enim attinet erubescere originē Wādalīcā: cuius gētis patres tā amplas res gesserunt: in Gallijs, Hispanijs, Afrīca, & q̄tidie gerunt in Russia, Polonia, Bohemia, Dalmatia, Histria, Bulgaria, quē, teste lingua cōmuni, gēs una cēlēt: quas supra cōmēorauim⁹. XI.

Vincelinus patri cognomius, Zwerinensem comitatū tenet post patrē, quē ille ab Hērico Leone promeruit. Hic ergo filius, cum Mekelnborg pro sui magnitudine opidū cerneret immunitū, q̄ distēsum in lōgū, nullis uallis ac muris potuit firmari, uicino loco ad mare, contiguū, urbē ccepit cōmoliri, quā Wismariā, incertū unde ducto nomine appellauit: Si Latini rem gessissent, suspicarer Cismariā uocitatam: Nūc, cum Saxones fundamēta iecerint, in obscurō manet, unde sit nomē ductū. Wismariā tñ nomē esse Wandalicū, ex alijs meminimus. Potuit ergo uir in gēte nobilis, ibi habitās, loco relinquere nomē: ut ex Wisma ro Wismaria, quomō ex Romulo Roma diceret. Ad eam Saxonici genēris, multi habitatores se cōtulere, breuiq̄ coaluit intantū, ut omnē memoriā ueteris opidi Mekelnborg, hoc est magnē urbīs, penitus aboleret: Vnde sibi titulū sumpserē prīcipes nūc Magnopolēses, abolito ueteri Obo tritorē uocabulo: in quo dux antea Sleswici Kanut⁹, de regio Danorum sanguine, aliqñ regnabat: uir inter prīmos optimus, tempore Lotharij Imperatoris, de domo Saxonie uouissimi: qđ supra suo loco cōmemorauimus. Erat autē tum a Christo, XXXVIII, post milleducētos; Monasteriū qđ prius inerat Magnopoli, cum arce, Wandali rebellātes, qđ supra diximus, subruerāt. Sunt autē locis alijs in ea terra non paucis erecta uirginū monasteria, quē primā illā ruinā magnifice cōpensarunt. **XII.**

Dolphus autē Holsatię comes, tum ciuib⁹ Lubicēsibus, de quib⁹ busdā reb⁹ male consenserat, dum sibi partē illis libertatis, aliquā habēdā gratiā putaret, maiore, q̄ illi recognosceret. Ciues innixi Imperialibus exemptionib⁹, non satis illi ad nutū responderāt: Ille tamē Imperiales in urbe cōcessiones sibi uendicaret, quas parenti suo Henricus Imperator Frederici prīmi filius cōtulisset. Ciues obtenderāt, eas donatiōnes & regis Danorū uictoria intercidisse, & renouata secundi Friderici exemptione, abolitas esse cōtenderūt. Cōtrouersia dum finē nō haberet, peruenit ad arma. Comes iam Danorū regi recōciliatus, effecit, ut rex de Lubicēsibus querenti accesserit: iunctaq̄ armorū societate Lubicā statuerūt legibus pristinis adigere: idq̄ annisi sunt maris ostia obserare. Rex magnis uirib⁹ ad nauigās, & exercitū non minorē, qui se copijs Adolphi comitis coniungeret, terrestri, ex Iutia, misit itinere: duoc⁹ presidia rex firmauit altrinsec⁹, ad ostia Trauenę: Nec satis hoc rat⁹, ueterē, & iam rimo sam nauim, saxis oppletā, demersit in os fluminis, ut obstueret. Ciues propugnaculis defensi, fodientes alium flumini exitum, in mare aperuerunt. Rex uero, quē non potuit impedire mergendo, catenis includere instiit, quas in duabus Trauenę præsidij firmauit. Sed superuenere de Liuonia naues onerarie: quē cum ista prenossent, magno uento impactis nauibus dissilire fecere catenas: magnāq̄ perinde gratiā, cum Lubicēsibus inieret: q̄ nōnullis libertatibus in urbe Lubica per eam occasionem dotarehtur, ut ferūt: Cuius rei cōmemoratio, ab inscrita uenit. Nam quid esse tum poterat, uel Riga, uel Reualia, recenti memoriā inchoatę urbes edificari? Nunc etiā tanto post tempore, quē de Liuonia Lubicā naues petunt, met

Wismaria
fundatur.Saxones in
Wismaria se
conferunt.Kanut⁹ dux
optimus.Wādali dīrū
unt arcem &
monasteriū.Lubicē in
nitūtur exē
ptionib⁹.Rex & co
mesi Lub.Catenis tērā
xhibitio in
Trauenam.Rumpūtur
catenę.

LIBRI VII. CA. XII. ET XIII.

Lubicēn ars
māt naues.

Danicō agu
stati fugiūt.

Christiani ī
Liuonia ma
ctantur.

Lubicēses ag
gerē metu fa
ciunt.

Letuani mul
titudine uin
cunt.

Tartari pri
mo in otue
runt.

Frater regis
Vngarię bel
lo perīt.

Cismaria
monasteriū
construitur.

Ecclesia Lu
biceñ p. VI.
ānos uacat.

cibus, & reb^o Lubicēsū onust^e, magna parte nauigāt: & ideo naues, que
tum soluerāt obsidionē, non alienē, sed ciuiū creduntē propriē. Aucti tātis
ciues nauibus, armatos imposuere, ausi in mari cōgredi regijs copijs: Sed
ille in Wernouīā cōcessere. Detecta res est Wandalis, qui tum Rostoc
kiū tenuere, cum cōterminis locis, esse Danos publicos Wādalor: hostes
in eorū portu: quātis potuere uiribus duxere in Danos. Lubicēsa mari
perurgēt: ita in utrorūq^z medio Dani coangustati pugnauerūt, & multis
ante amissis, residui sibi fuga cōsuluerūt, redeūtes in Daniam. XIII.

• Er ea tempora, tantus fuit motus rerū ab gētibus barbaricis per
• p Liuoniam, ut timor earū Lubicā, & omnia maritima cōtingeret.

Nam quicquid erat extra opida, & arces, Christianitatis absu
miſ a barbaris. Theodoric^o de Haseldorf, uir nobilis, ea tempestate inter
multos occubuit: creditūq^z est fieri posse: ut barbari apprehēsīs nauibus,
quas multas tum homines nostri inuexerāt, per maria, ad usq^z Germanię
littora peruenirēt. Hoc ueriti Lubicēses, aggerē ſie urbi ad Holsatiā pre
tēderūt. Letuani fuere, qui tum timebātur: gens nimirū magna, que tum
in Liuoniam uersa, eam excitauerat formidinē. Poterāt urgeri illi a nouis
hostibus Tartarī, qui de Scythia magnis agminib^z egressi, tum Sarma
ticos campos, quos usq^z hodie tenēt ingenti hominū multitudine imple
uerunt. Perierūt in Liuonia, aliquot nostratū millia, ad internacionē cesa,
cum multitudine sua Letuani, exercitū Christianū penit^o includerēt coro
na circūdatū: & paucorū amissio, nullo erat infinitæ multitudini damno.
Sic Turci, sic pugnant hodie Tartari, sic & Russi: non statariam, ut olim,
pugnā agentes, sed incursionib^z, & excursionib^z omnia subruētes. Nam
hoc erat illud tempus, quo Tartari primo nostris innotuerūt: gens imma
nis, & que uictu & moribus multū ad beluinā feritatē accedit. Vngaros,
& Polonos, maxime tum urgebant iđem Tartari, & ad eam redēgerunt
necessitatē: ut pro inedia & fame uerentur abominandis. Occisi in prelio
dux Colomānus, frater regis Vngarorū & Hēricus dux Slesie, cum ma
gna hominū multitudine. Mira res, hoc nūc pati Vngaros a Tartaris, qđ
ante annos trecētos ipsi Pānonijs, Germanis, Italīs, & omnibus, q̄s attige
rāt nationib^z intulerunt. Quo etiā tempore fratres ordinis diui Benedicti
Lubicē cōmorātes, cum in urbe apud cōciliū ciuitatis, non satis pro arbi
trio suo sinerent agere, egrediēdo, & ingrediēdo urbem, mane, ac uesperi,
die, ac nocte: assueti libertatib^z quas per syluas, salt^o, mōtes, & per nemora
habitātes, in ordine suo tenēt, in Wagriam cōtendūt exēdificato mona
sterio ad maris littora: Cismariam dixere, a loco nomen mutuantes, q̄ cis
maria habitarēt: mox deserto eorum intra urbem Lubicam monasterio,
moniales sunt introducte ordinis Cisterciensis. XIV.

Vncq^z per ea tempora, mortuo Iohāne Lubicēsi episcopo, canonī
cī non satis in electione unum sentirēt cōcordantes, per sex conti
nuos annos uacante ecclesia, Albertus Liuoniēsis episcopus, qui
grāde de sua ecclesia luctamē sustinuerat, Lubicēsem interim uicarius pa
stor regebat, per cōtinuos annos sex; Fouebat illum Innocētius, IIII, tum

LIBRI VII. CA. XIII. ET XV.

apud Lugdunū Gallię propter tyrānidē Friderici in Italia manēs, illoc
cōciliū agebat solēne. Hic pōtifex fecit Albertū memoratū, suū in Liuoni
am, & Prussiam oratorem, & permisit illi sedem uicariā Lubice, donec in
Rigēsem ecclesiā denuo trāfferet. Erat is pridē scholaſtic⁹ in ecclesia Bre
mēsi, uir omni literar⁹ genere doctissim⁹, q̄ illa tempeſtate, necdū crebre
ſcētib⁹ publicis achademijs, apud insigneſ ecclesiās, qui nūc dure ſcholaſti
ci, tum uocabant magiſtri, docētes in omni literar⁹ genere in cunctis inge
nuis & preclaris artibus: etate noſtra ſcholaſtici officiū nullū eſt, niſi colle
ctas pauperū ſcholariū, in uſus mēſe ſuę uertere: pro ſe uicariū laboratē co
gat inſigniter eſurire. Multa tum erāt Lubicēſib⁹ incōmoda: Rex urbem
Eric⁹ e mari infestabat; memor, q̄ patri aliqñ ſuo paruiffet, quem magno
uictū prelio, a ſe ciues repuliffent. Fecit rex qđ patrē audiūt feſiſſe: pifcātes
ciues e Lubica in Scania cōprehēſos, pro arbitrio ſuo emunxit ēre, ubi iu
gum non potuit, qđ optauit reponere. Ciues uero non ſatis ad iniuriā pa
tiētes, auſi rebellare regi, classem parmat, mittūtq̄ in portū mercatorū (ita
uocat locū regiē māſionis) Ibi regiam oppugnāt, & ſolo deiecta funditus
euertūt arcē, excindūtq̄ preſidiū, & preda nauibus importata, onuſti re
uertūt in urbē ſuam uictores. Sed urbs eadē circa hos dies, ad dimidiū
cōflagrauit incēdio, q̄ adhuc eſſet lutea: Expurgatam uoluere fata, ut la
teritia fieret, que tum adhuc primordior⁹ ſuor⁹ prætenderat uilitatē. Mi
ra loci fortuna: Adhuc intra centesimū annum erat a prima fundatione &
iam ter incēdio periit, totiesq̄ ut ostendimus dños mutauit, donec in eum
exiret, quem nunc ſeruat, ſtatut Imperialis exemptionis. XV.

Er eadē fere tempora, urbs noua Sūdēſis, in terra Circipanorum
p supra Rugiā, qđ oſtēdimuſ, parū ante hos annos erēta, ubi ſen
ſit opes, & uires, mercaturis & negotiationibus, per mare, per ter
ras, increuifſe, aduersus Lubicēſem ſubpīre coepit, & pteruire; intentans,
nescio quid, iſolitū, qđ Lubicēſes ciues diſſimulare non poterāt. Igīt in
iuriā paſſi Lubicēſes, nemini tñ querelā detulere: ſed ſuę uīndices iniurię,
parmatiſ aliqt nauibus, duxere in Sūdēſes: Animos faciebat, cum opib⁹,
tum armis, queſita pridē ab rege Danor⁹ uictoria, q̄ min⁹ diſſimulare po
terāt, ab uiciniſ, in eodē littore cōmoratib⁹: Solū utrobiq̄ Wandalicū:
Saxones tñ, & collectitiū genus hominū cōſouebāt. Sūdēſes nullū bellī
apparatuſ, utpote nihil tale a mari formidātes, in noua urbe ſecere. Nā ubi
ab Danor⁹ rege nihil timuerūt, non putabāt exoriri hostē illis a mari: Er
go imparatos facile ſuperāt, qui armis ad oppugnādū parati uenerāt. Faci
le capiſt urbs, ab hiſ, qui omnē apparatu belli aduexere: Capiuntur ciues,
edges diripiunt, & preda nauibus importātes, redeunt uictores in ſua: inſo
lens nihilomin⁹ factū, & ſine exemplo. Sed (ut diximus) augebat animos
reſpectuſ Imperatoris: qui tñ ſuperioris ius, nec auſerebat principib⁹, nec
auxit Lubicēſib⁹, in uicinoſ potestatē: ut ſuis uirib⁹, pro ſuo arbitratu uiu
dicēt, qđ iure, uel iniuria in ſe factū prætenderent. Noua autē ſuere tum in
hoc littore Germanico omnia: Nouę urbes, noui principes; non ea etiā ci
uilitas, que per temporum decuſuſ cum opibus increuit. XVI.

Nondū cre
bræ Achade
mīę publicę

Taxat au
thor ſcholaſtī
cos modera
nos.

Ciues Lubi
ceñi Scania
capiuntur pi
ſcantes.

Lubicēñ euer
tūtarcem in
Kopēhauen

Lubica ter
cōflagrauit
itra, C. aňos

Sundis ſup
bit i Lubicā

Sundis per
Lubicēñ ca
pitur & ſpo
liatur.

In littore Wā
dalico iam
ciuilitas.

LIBRI VII. CA. XVI. ET XVII.

Linea Ma-
gnopoleñ
ducum.

Fūdatio mo-
nasterij in
Cāpo solis.

Erectio eccl-
esi Gustros
Wensis.

Diuisio wā-
dalę dñiorę

Irridetur do-
ct̄ princeps
pter l̄as.

Linea ducū
Pomeraniæ
& Stetinēliū

Fūdatur ec-
clesia Cami-
nensis.

Epetēda paucis linea nobilitatis in Magnopoli, & Pomerania.
r Burewinus Prībislai filius ex uxore Mathilde, filia ducis Polonię, sustulit filios, Henricū & Nicolaū: Nam alius Nicolaus, Burewini fratrellis, dñs Kissinorę, & Rostockię, cum caderet in prelio Dalsensi, prolē nullā reliquit: Ergo filij Burewini, uiuo patre, ipso curāte ditio-
sere ditionē: Henrico prouenit oriētalis Kissinorę ditio: Magnopolis Nicolao: Is Nicola⁹ sine ple decessit, obrut⁹, domo corruēte in Gadebusch. Henricus duxit uxorē Sophiam filiam regis Suecię, ex qua sustulit filios quatuor, Iohannem, Nicolaū, Burewinū, & Prībislau. V̄uebat pater Burewin⁹, & inter alia p̄eclara opera, fundauit monasteriū uirginū in Campo solis, non longe a Westkenbrugge: Sed propter agrorę sterilitatē, postea trāstulit in locū, quo nūc etiā manet cui nomē indidit, ut diceret Nō uum monasteriū in hūc diem. Hēricus deinde patris religiosi bon⁹ filius, ecclesiā fundauit Gustrowensem: quam priuilegijs, & opibus, uoluit Hil desemēsi cōparari: Superuixisse ferunt seniore Burewinū Henrico filio, & nepotū legitimā suscepisse tutelā. Henric⁹ aut̄ puenit ad annū XXVIII, post milleducentos. Vnde Burewinū seniorem, uel interfuisse, uel milites misisse, in regem Danorę Waldemarū II, in locum Bornehouede, non est incredibile: Nam nepos eius nominis, necdū attigit etatem armorū: Filij aut̄ Hērici, diuisere paternam ditionē: Iohānes senior accēpit Magnopolim: Burewin⁹ Rostockiū: Nicolaus Gustrow: Prībislau Richenberge: Iohānes in adulescentia missus Parisios, literis multo tempore inseruuit, annos, ut ferunt, uiginti: & factus est in theologia magister: gradus nobilitati insolitus. Cunq; multa nobilitas ibidē literis inuigilaret, fert geminas ibi sorores, alterā Massilię principi, alterā Cyprię regis filio despōdisse: Ipse quoq; comitis de Hennēberge, germanā sui cōstudētis, trādit acciuisse. Hēc & si insolita sint, quia in annalib⁹ legun⁹, fidē illis nō putauit abrogādā. Reuersus in patriā, cum p̄ se ferret grauitatē, suo ordine, & gradu dignam, irrideri meruit a cōtribulibus, appellantibus illum patrō uocabulo, Knese Ianike. Ex uxore is sustulit filios sex: Nicolaū, qui fuit p̄positus Zwerinēsis, canonicus Magdeburgēsis, & Hāburgēsis: Hermānū, qui fuit Canonic⁹ Zwerinēsis, Hildesmēsis, Lubicēsis: Popponē, qui suscepit ordinē Teutonicorę: Albertū qui duxit uxorē, sed obijt sine libe-
ris: Iohannem qui duxit filiam comitis de Rauensberge, ex qua reliquit filiā, & Henricum, ad quem peruenit tota patris dītio: Hic est ille captiuus in terra sancta.

CA. XVII.

Omeranorū aut̄, & Stetinensiū principū, linea hēc est: Werlaus primus, in ea nobilitate, princeps Christianissimus, uixit sub Hērico Imperatore. V, baptisat⁹ a diuo Ottone Bambergēsi episco-
po: puenit ad annū Christi MCXXIII, ibiq; finem, uiuēdi faciēs, filios reliquit Bugſtaum, & Kasimirū, qui sub Imperatore Friderico I, suscep-
runt dualem honorē, in obsidione urbis Lubice. Casimirus p̄emoriens sine prole, fratri reliquit omnē ditionē: qui fundauit ecclesiā Caminēsem, monasteria Stolp, & Colberge, pulchra nominis sui monumenta peruenit

LIBRI VII. CA. XVII. ET XVIII.

ad annū. MCLXXVIII. moriēsq; reliquit filios, Bugslauum, Casimirum, Werlaū. Hic Buglaus inde nomē habet, quia fundauit preposituram in Camino, prēclarā principū facinora ad me non peruererūt requirentē ea, non minima diligentia: peruenit uiuendo ad annū. MCCXXVIII. Casimirus reliquit filiū Zuantoborū, ex quo nepotes, Casimir^o, Zuantobor^o Werlaus, in quibus ea linea substitit. Werlaus tertius frater, reliquit filium Bartolomeū, in quo substitit. Buglaus autē, in quo durauit diu successio, reliquit filios, Barnaim, & Buglaū. Barnaim fundauit ecclesiam beatę Marię in Stetino: puenitq; ad annū Christi. MCCLXXVIII. Buglaus frater non reliquit prolem, Barnaim aut̄ reliquit filios, Buglaū, Barnaim, Ottone, ex quib^o. Barnaim fili^o, moriēs anno Christi. LXXXV. post milleducētos, non reliquit prolē. Otto ex fratrib^o tertius, reliquit successores, quomō & Buglaus: & qm̄ tetigerūt illi annum tricentesimum post mille, usq; ad illa tempora intermittamus numeratio nem: medios pri-
mum annos excussuri.

CA. XVIII.

Vm uero Adolphus, Holsatię comes, cum filiā suā despondisset, Abelī duci Sleswickensi, cōparatis copijs nauigauit, ducta etiam secum cōiuge, deuotionis gratia in Liuoniā: Erat enim plenaria indulgentia pugnātibus in ea prouincia, quomō esse cōsueuerat, in terram sanctam militātibus. Sed cum omnis spes de illa recuperanda iam pene ce-
cidisset, intenderūt pontifices in Liuoniā, quę tum primo ad Christū cō-
uersa, paulatim augescebat, Adolph^o ergo abesse non passus tam pię cau-
se, etiā uxore, quę uiro militāti impendēret obsequiū, ad participiū gratię
plenarię secum traxit: Memor erat uir nobilis patrię uirtutis in terrā san-
ctam bis enim in eam peregrinationē abiit tertius Adolphus: quia in ter-
ram sanctā non poterat, in prouinciā propinquiorē Liuoniam intēdit ani-
mū: eadē cōsequuturus plenarię indulgentię munera, quę ex Palestina pa-
rens assequebat. Quid uero profecerit late testantur annales terre illius,
quos quia non tenemus, stilū hic figimus ad alia diuertentes. Hoc autem
certum est, qđ inde regrediēs, rebus iam ex sententia constitutis cum filios
haberet Iohannē & Gerhardum, quos literis perdiscēdis Parisiū miserat,
paruulūq; domi alebat Luderum, nondiu superstite, filiamq; (quod dixi-
mus) Abelī duci Sleswickensi cōiugem collocasset: cōmendara illi terra
pro filijs, ad eorum redditū gubernāda, se reddidit fratribus minoribus in
Hāburgo, die sancti Hypoliti, cum duobus militib; dictis de Gikow,
anno Christi. XXXVIII. post milleducētos, inq; eo ordine uixit religi-
osissime, supra annos. XX, quod in Saxonia diximus.

XVIII.

Ohoemīa interea, huius nationis prēcipuam partem, regno terie-
bat Odoacer rex, filius Primislai: qui a Philippo Romano regno
ge, qui cum Ottone quarto colluctabatur de Romanorē regno,
coronā regni accēpit, post multos qui preerāt, ducis nominie cōtēti, absti-
nētes regio. Sed hic Primislauus duos reliquerat moriēs filios, Wētzelaū
& Otikarū, quem Odoacrem Itali uocāt: fratre, qui maior erat natu, bre-
ui exempto rebus humanis; Odoacer regno cōp̄it preesse. Cōtenderant

Fūdatur pre-
positura Ca-
minensis.Fūdatur ec-
clesia beatę
Marię Stetis-
nensis.comes cum
cōiuge Liu-
oniā accedit.comes im-
perator uirtutis
patrīa.comes itrae
religionem.Odoacer Bo-
hemię rexduos relige
filios Primis-
laus.

LIBRI VII. CA. XVIII. ET XX.

Duo Ro
gis ambo co
ronati.

Bohœmip
ti⁹ ducē q̄ re
gem uoluē.

Bohœm⁹ re
pudiat uxore

Anus nubis
adultero.

Odoacer late
dnatur.

Bohœm⁹ p
sentētā re
gno priuat.

tum, quod diximus, de Romanorū regno, Philippus Suevię, & Otto Sa
xonie duces; ambo coronati reges, ab Adolpho Colonensi archiepiscop
o, quod in Saxonia ostendimus. Sed qđ huic propriū est loco, Odoacer
dux Bohœmię, Philippo tum inheserat. Philipp⁹ autē, ut sibi magis cōci
liaret hominē, magisq; beneficio sibi deuinciret, ex duce creauit regē illū
Bohœmia. Ante quidē, qđ dixim⁹, aliquāt uicibus Bohœmia regē habuit:
sed cum tederet populū libertati assuetū, adorare Cesarē, supra se dñm ue
nerari regē, uitę & mortis ferētē arbitriū, tēperabat fastū dñnantis: ut duce
potius haberet, q̄ regē. Iste tñ Odoacer a Philippo coronā accēpit, & illi
in Ottone emulū tulit suppetias. Non diu tñ pmālit illa synceritas: Nam
offensus a Philippo Odoacer, cum duce Turingię, quem uocat lantgrau
um, Latini comitē prouincialē appellaret, transiuit ad Ottone. Grata fuit
Ottoni accessio. Nam Misnā, uicinasq; prouincias Philippo parētes, euas
tauit. Hermānus tñ Turingus memorat⁹, malis coact⁹ est redire ad Phi
lippū. Occasio uero per quam Bohœmus discessit à rege, hec fuit: Vxorē
Bohœmus suam, quę soror erat Marchionis de Misna Theodorici, repu
diabat, inducta pellice, quā cōiugem ille appellauit ex Vngaria: eam arbi
tror fuisse Margaretā, Frederici Austriæ ducis, sine herede morientis ger
manā sororem, cui Austria uelut heredi inhērebat. Ea fœmina in prima
adulescētia nupsit Hērico Imperatori, Friderici primi filio & alterius Fri
derici patri: quo moriēte, uida permāsit, ad hec tempora: Iam uero anus
nupsit Odoacri regi Bohœmię: nam ille, non tam cōiugis etatē, q̄ dotem
animo uoluēs, sterile iniijt cōiugium. Ulricus eo tempore Corinthiorum
tenebat principatū: qui cum uirilē prolem non haberet, accēpta pecunia
ex Odoacre, quem alij Otokarū uocant, Carinthiā, Carniolam, Marchiā
Sclauonicā, & Portū illi Naonis tradidit: Veronēses, Feltrēses, Teruisini,
& multi ex Foroiulio se illi subrniscunt: Ita aucta per multas prouincias
ditione, animo Bohœmus intumuit.

CA. XX.

Rgo cum repudiata Misnensis marchionis sorore, Odoacer rex
e aliam cōiugem superduxisse, ille germanę iniuriā non leuiter fe
rens, querit Philippo Romanorū regi: Ille amicū regē cōmone fa
cit per nunciū, ut cōthoralem recipiat: Vbi pertinaciter recusat, Philipp⁹
marchionis memorati instinc⁹ stimulis, ceterisq; principib; qui uel san
guine, uel affinitate cōtingeret Theodoricū, indignā rem maligne ferens
tibus, regem Bohœmię euocatū, ut responderet querimonīs, nec uenire
dignantē, legitimis euocationibus, ac cōpetentibus ad rem dilationib; cō
stitutis, cōtemnentē per solennē sententiā, regno destituit. Erat per id tem
pus Magdeburgi nobilis ex Bohœmia iuuenis, qui ibi literis inuigilaret
Theobaldus, magno genere editus, multis propinquorū titulis ad regnū
cōmēdatus: quem Philippus de regno inuestitum, literis cōmēdabat re
gni proceribus. Continuo per Bohœmię magni motus exurgūt: concur
ritur totis regni uiribus. Odoacer, ut regnū defenderet annitit: Theobal
dus, ut eigēto illo, regnaret pro eo. Sed tum difficile fuit innutritū armis
regem pellere; quo circa cōceptis destituit Theobaldus. Odoacer aut̄ consti

LIBRI VII. CA. XX. ET XXI.

tutis rebus in Bohemia, in Philippum se properauit uindicare, tati in se motus cōcitatorem: Iungit illi Hermannus, ut diximus, Turingie princeps, oblitus consobrini sui Philippi: Natus enim erat sorore Friderici Imperatoris. I. Otto rex, ut magis, atque magis, sibi deuinciret Hermannum, urbes Northusen, & Molhusen, illi perpetuo possidendas attribuit: ut que prius Saxonici erant iuris, exinde ad Turingiam pertineret: Cupide amplexus est donatione regia Hermannus. Sed quis magnis viribus Bohemus atque Turingus, duceret in Philippum: non tam ausi se credere aciebus, prelio confligere in aduersum abstinuere: sed uastationibus late excurreret solu indolere. Philippus quoque auctus viribus Lupoldi archiepiscopi Moguntini, Erpessordiā tenuit. Inde percurrit, Hermanni Turingi prædia, igni, ferroque sedecavit. Ex denero Bohemii nunc Ottonis in partibus militantes, ferox hominum genus, quod sacra, prophanaque, semper in equo habuit, uicinas omnes prouincias nudauerunt, deformarunt ecclesias, monasteria virorum, sceminarque, direptione facta flaminis succederunt, sacris uasis, ac uestibus ludibriis, sunt miserabiliter abusi: pallas altaris, equorum faciunt uelamina: Sacris ipsis uestibus per ludibriū & cachinnū induunt. Ea semper fuit Bohemorum insolentia, Wadalicis traducta radicibus, que permittente Deo per etatem auorum nostrorum nimis exaucta, in beluina excreuit ferocitatem, cum natu ferocie, tiesania mentis hereticæ accessisset, in qua iam multis annis, permittente Deo, induruerunt.

CA. XXI.

Russiā ad eam diem quietā a principib⁹ Christianis, cum omnes in circuitu gentes Christo crederet, antiquus gentilitatis error occupabat. Primus eam gentem a mari intusit rex Dani⁹ secundus Waldemar⁹. Iam enim Poloni, Pomerani, Rugiani Christo crediderunt. Iam per Liuoniā fidei Christianæ iacta erant fundamēta. Albert⁹ tertius Liuoniensis episcopus, a Bremensi archiepiscopo cōsecreatus, cum esset de collegio suorum Bremis canonicorum, iam Rigam nouā urbē cōmuniuit ad flu men Dun⁹, quod ex Russia diffuit in mare. Ergo Prussiā rex memorat⁹ magno agmine aggredit⁹: eoque gentē perpulit, ut sacram Christi fidē suscipere pollicerent⁹: Sed quod metus expresserat uotum, non diu permanisit. Rege enim cum exercitu in Pomeraniā abeūte, Prussi ad pristinas fordes redierunt; donec per fratres ordinis Teutonicorum tempore II. Friderici, qui illis terrā Prussiē permisit gubernadā, ad plenā religionis Christianæ normā perducerent⁹: Iam uero cœpit illa grādis per Italiam perque Germaniam rerum turbatio: que regnum, & sacerdotium, magnis iterū motibus commisit: nec scio an unq̄ maioribus: Cum Fridericus. II. aduersus Ottonem electus, grauissimā ecclesiæ perturbationem moliretur, resuscitās antiquas de Italiæ prouincias, deque inuestiēdis episcopis, cōtrouersiam; de qua Henrici duo. III. & V. pater, & filius, inde Frideric⁹. I. huius auus, & deinde Otto. III. grauissime, sed frustra cōtenderunt. Vterque princeps Christiani orbis, gladiū suum distrinxit, in aduersam partem: Papa execrationibus, maledictis, interdictis, anathemate uti in Imperatore: Ille carnalē gladium distringit, in omnes, qui pareret pontifici, clericos, sacerdotes, episcopos: Car-

Northusen
& Molhusen
alienantur.

Turingia uā
statut.

Bohemii ab
olim sacrilegia.

Prussi ultimi
Christiani.

Riga munis

Cōtentio in
ter regnum &
sacerdotium

Papa excō*s*
cat Imp.

LIBRI VII. CA. XXI. ET XXII.

Creatur in
nocētū, IIII.

Notabile re
sponsū Imp.

Liuonia in
Christianis
mo pficit.

Discordia in
electione ad
epatū Liuo
niensem.

Estonia cre
dit Christo
per Danos.

Sedes Rigen
fit metropo
lis.

Otto mars
chio capitur
& carceratur

dinales urbē petētes capit, uinciri in carcere iubet; itinera obsidet, ne quis Romā petat: Cum multis pōtificibus durabat ista diuersitas. Post longā duorū annorū sedis apostolice uacationē, Sinebaldus, in Innocētiū, IIII. mutatus papatū accēpit. Erat is pridē in cardinalatu, Imperatori, ceteris omnib⁹ familiarior: obseruabat ille Imperatorē, propter cognitionē suā, cui timebat ab Imperatore. Impleta electione, currebat, qui nunciarēt Imperatori, rem, ut sperabat, gratissimā: Sinebaldū ei deditissimū, esse surrogatum pōtificē. Fridericus, qui nosset hominē, fertur respondisse: Sinebaldum, ex amico cardinali, nūc factum hostem sequissimū, quod ille facto impluit, execrationibus infectatus Imperatorē super omnes predecessores. Sed hēc Italīs scribenda linquamus.

C A. XXII.

Iuonia interim, & si pulsaret grauissimis motibus Letuanorum, proficiebat tamē in Christianismo, ut iam tota Christo crederet: maxime annitēte Alberto Liuoniēsi episcopo: qui uer⁹ Liuonū apostolus, per annos trīginta, ecclesiā nouellā & instituit, & amplificauit, multis laboribus, & periculis exantlatis, terra, mariq;: cum gladium etiā carnale, ipse in cōtumaces fidei hostes, sepe distrinxisset, in pace Christi cōquieuit: Cui Bremenses canonici, suo, ut putabāt, iure, de suo consortio Albertū alium ecclesię scholasticū, virum dignissimū surrogarūt: Sed Rī gēses canonici, iam ad bonum modū auēti, cōmuni omniū ecclesiā iure, sibi quoq; utendū putauerūt: ut de suo gremio episcopū substituerēt. Elegērūt ergo quēdā ex suis Nicolaū: Est causa in Romanā curiā deuoluta: ibiq; aliquādiu uentilata. In fine autē per sententiā Bremensib⁹ perpetuum indicit silentiū. Albertus tñ iste iam consecratus episcopus, Lubice, ut diximus, sedit annis sex, ecclesiam illam uiduatam, strenue gubernās: donec per summū illi pontificē de alia prouideretur. Nam cum iterum sedes illa Liuonię uacuaret, missus est in eam authoritate summi pontificis iam archiepiscop⁹: cum iam regis Danor⁹ accēdēte opera, Estonia q̄q; Christo crederet, obtinuit in ea sedē episcopalē Reualię, quē regni sui metropolita no subesse rex ordinauit. Iam Tarbatēsis, Osiliensis, Curoniēsis sedes fundate sunt: ita ut cū suffraganeos tres sedes haberet prima, generale nomē euauuit: ut nō in reliquū, ut pri⁹, Liuoniēsis diceret: qđ nomē cum habuit, cum in ea, puincia solus esset. Cum uero accessissent sedes suffraganeę, iam Rigēsis coepit esse sedes metropolis: cui post Albertū Nicola⁹: Nicola ali⁹ successit Albert⁹: is qui Lubicēsem sex annis gubernabat ecclesiā. Sed omissis reb⁹ Liuonię, quę sunt Wandalię nostrę penitus extraneę, in prouinciā, quā suscepimus cōmemorandā reuertamur.

XXIII.

Randēburgensis marchio, in solo, ut diximus, Wandalico princi
cipatur: Ideo eius prouincię res claras non omittere, erit ex p̄fes
so. Otto per id tempus Brādenburgensis marchio, bellū gerebat
in Ludolphū episcopū Halberstadēsem, inuicē pro more grassantes, mul
ta sibi mutuo intulere damna: Sed Otto, dum incauti⁹ pugnat, intercipit
ab hoste, insidijs sibi cōstitutis, protractusq; stetit in carcere, donec ad nu
tum se redimeret uictoris. In arce Lāgesteen seruabat quoadusq; p̄mit

LIBRI VII. CA. XXIII. ET XXIII.

teret episcopo opidū Aldesleue, cum pertinētis suis, adiūceretq; nō modi
cum argēti pondus in sui relaxationē. Quo tēpore, cum ageret a Christo
nato, MCCXXXV. Vngari cōgressi Austrālibus, ducē cum omni nos-
bilitate oppresserūt: Eā rem indicat uersiculi satis barbari, in uetus scul-
pti rupe: Anno milleno centeno terq; triceno. His quinquaginta si misces
tunc bene disces. Austria q; tota sit principib; uiduata. Terraq; cornuto
discret seruire tributo. Sed hī uersiculi preferūt annū. MCCXL. Quia in
mētionē Austriæ incidimus, opere preciū est agnoscere, cum apud ueteres
nulla sit Austriæ memoria, a quo tēpore iste ducat° cōperit habere initiu: Nam Austrasia, quā Gallici memorant, est prouincia Metēsis, quā Gallis
uidebatur australis; Sed nos de Austria, non Austrasia requirim⁹. Sa-
tis constat inter Geographiæ peritos, Noricū olim dictā prouinciā supra
Danubiū in austrū: Cōradus aut̄ Franc⁹, eius nominis. III. Ro. rex, cum
eius prouincie iam princeps, qui dux Noricor̄, usq; in illū diē uocitabat,
defecisset, nec sui sanguinis reliquisset heredē, germano fratri suo Hērico,
illū ducatū permisit creans ducē Austriæ, abolito ueteri titulo Noricorū:
unde clarissime urbi Nurenberge, nomē credit remansisse: Illic⁹ Henrico
fratri suo cōiugem dedit Gertrudem, matrē Henrici Leonis: Sed ea non
superfuit: niunc eius stirpem Vngari deleuerūt. Sic se res habet, generatio
transit, & succedit altera: nomē autē Dñi manet in eternū. Swiceri quoq;
huic genti Austriæ inimica natio, sāpe illi colluctati, multos eius duces
perdiderunt: quod suo tempore cōmemorabimus: nunc quoq; cōmotu-
sse sufficiat, stirpem Francā, de sanguine Conradi. III. Romanorū regis,
hoc esse tempore bellis interemptā: seruiuitq; terra aliquādiu Vngaris, do-
nec illam rex Bohemiacē per occasionē accepisset, ut dixim⁹, dotalem: un-
de peruenit ad Rodulphum Romanorum regem, & in posteritatē eius:
quod postea suo tempore ostendemus.

CA. XXIII.

Nterim in Holsatiā reuersus ab urbe Roma Adolphus frater
minor, comes Holsatiæ, dispensationē afferebat apostolicā suscipi-
endor̄ ordinū sacrorum, & in urbe subdiaconus, a magistro or-
dinis predicatorum, episcopo diaconus, & a Iohanne episcopo Lubicensi,
presbyter est ordinat⁹: Afferebat enim literas ei⁹ tenoris: V niuersis præ-
sentis literas inspecturis: Frater Reynardus, & frater Gerhardus dñi pa-
pe p̄cōnitentiarij: Salutē in Dño: Noueritis q; nos audita confessione fra-
tris Adolphi, ordinis minor̄ fratrē, presentiū petitorē, eidem super omni-
bus articulis, pro quibus duxerat ad apostolicam sedem laborandū, & de-
similibus, siue minoribus, si quos in obliuionē deduxit, de speciali manda-
to, uenerabilis patris nostri Ottonis sancti Nicolai in carcere Tulliano di-
aconi cardinalis, cui dominus papa plenariam super hoc concessit potesta-
tem, beneficiū absolutionis impēdimus: & ut ad omnes sacros ordines ua-
leat promoueri dispensauimus cum eodē, iniuncta sibi p̄cōnitentia saluta-
ri. Datū Laterān. X. Calend. Maij: pontificatus dñi Inrioceti pape. IIII.
anno primo. Hic acceptis ordinib; primā missam peregit dñica Omnis
terra, in Zuuentina, loco ualde solitario, & fratum minor̄ eremitorio: &

Vngari Austrā-
strales opp̄ti-
munt.Austrasia
Metēsis prou-
uincia.Nurebergæ
nomē unde.Swiceri Au-
strijs Infensi.Stips Frāca
bellis interemptāAdolph⁹ Ho-
satis comes
pr̄s byter
ordinaturLiteras di-
spēsationis
copia:

LIBRI VII. CA. XXIII. ET XXV.

149

in Hamburgo, loco primo comitatus sui, in quadragesima, publice apud fratres minores die Gregorij celebrauit. Filii autem eius Iohannes & Gerhardus, iam ex academia Parisiensi redeuntes in Holsatiam, ditionem diuiserat. Incessit per ea tempora grauis indignatio regi Danorum Erico, in fratre suum Abelem Sleswici ducem, comitum Holsatię sororiū. Accessere partibus fauores ex nobilitate proxima. Nam regi militabat, Guncelinus de Zuerino comes, & Burewinus iunior, cum fratribus, Magnopolenses principes: Abeli inheserant propinquui sui, comites Holsatię. Guncelinus satis inmemor beneficij, quod nuper illi impenderat dux Abel, cum illum recōciliaret fratri suo Danorum regi: recordatisq; Guncelini pater, amboq; Erici & Abeli patrē Waldemarū regem cœpit, in carcere tenuerit, & eum magno emūxerit: quod in Dania diximus. Antiquauit eam memoriam Abel, & fratri ex animo excussit, recōciliās regi Guncelinū: Nunc idem Guncelinus arma, p̄ducit in Abelē: nam cum regi placere cōtenderet Guncelinus, cūm principib; Wādalicis mouit in Todeslo opidū, quod Iohanni Holsatię comiti pareret: & congressis, qui ibi in presidio steterat Holsatis, nōnulli ceduntur, alij capiuntur. Hoc initium belli: Ceterū cum rex fratrem grauius persequeretur, in id excreuerūt odia, ut Abel in necem fratris molitus, peregit, ut in Sleswico captus, in nauim abduceretur: ibiç gladio cœsus, periret; quod in Dania sumus plenius exequuti. C A. XXV.

*Simulacra
grauis inter
fratres.*

*Guncelinus Abe-
lē inuadit.*

*Ericus Danorum
rex obtrūcat*

*Præsidium Hor-
neborg erigi-
tur.*

*Mōres prodi-
giōse dissiliūt*

*Allud prodi-
gium.*

Dmonitus hac Wādalorum incursione Iohannes comes Holsatię, arcem cœpit communire in Todeslo, intra Trauenam, & Bestiam riuos, ut imposito presidio, tutamen esset ab impetu hostili: Sed eius arcis nulla hodie extant uestigia. Ducto autem in lōgum bello, comites expeditionem fecere in regem, quā in Saxonia signauimus. Hoc est illud temp⁹ anni quinquagesimi post mille ducētos, quo ministeriales ecclesię Bremensis, in flumine Lu, in fundo Harsueldensi extruxerūt præsidium, Horneborg uocitantes: unde posteris annis multæ sunt factæ excursions in terram Luneburgensem. Quę res īditio est, quod crebre cōmemorations arcis Horneborg, non hanc palustrē, nunc demum fundatam, sed illam super Albim, quę nunc est ditionis Luneburgensis, dessignarint: unde colluctatio crebra fuit archiepiscopis, & ducib;. Res uero nouitate sua mirabilis, a nobis preteriri non debet, quę his diebus in Burgundia apparuit: rebus, ut ostendemus, Wādalicis, non aliena prouincia: Erat enim quinquagesimus primus, cum nouo & inuadito miraculo in Burgundia imperiali, duo inuicem montes discessere: uallis amborum media, magno scinditur hiatu, per quinque, ut ferunt, passuum millia: Omne plebem rusticā, in ipsa ualle, aut montium pede conmorantem, aut hiatus absorbit, ut saxa montibus deuoluta, peremerunt. Ferunt illo ipso tempore in Toletō Hispanię urbe, cum Iudeus rupem uillę proximam, quę uineę imminebat, scindere pararet, ut amplificaret uineam, & solis radios admitteret, scissa cuneis rupe, reperit cōcauitatem cameratam plenisimam, inq; ea librum lignis folijs inscriptum, ad longitudinem psalterij: ibi tribus linguis Hebraica Greca & Latina legebatur, de triplice mūdo,

LIBRI VII. CA. XXVI. ET XXVII.

ab Adam: initio tertij, nasciturus esset Dei filius: & q̄ tempore Fernandi regis Castellæ, sub luce uentur⁹ esset liber. Iudeus comperta tāta uetus-
te, mox cum omni domo sua est baptisatus. Cui non dissimilem rem nar-
rant Romanæ historiæ, de lamina inscripta, quæ in lucem prodijt, sub Hir-
ne orientis Imperatrice.

CA. XXVI.

Iudeus cū oī
familia bas-
ptisatus.

Er ea tempora cum res Christiana plurimum augesceret in Liuo-
nia, ecclesiæ, quod proxime diximus, suffraganeæ erigerentur. Al-
bertus secundus, qui Lubice per annos. VI. considerat, iam mor-
te Nicolai sede uacuata, uenit in ecclesiam Rigēsem, iam archiepiscopalem
decreto Innocētij. IIII. factam: primus ipse archiepiscopus: cum ante eum
quatuor episcopi Liuoniæ extitissent, Meynerus, Bertoldus, Albertus,
Nicolaus: ipse iam secundus Albertus, ordine episcoporum quintus, sed
in archiepiscopatu primus ecclesiam regebat metropolitanam. Ordo Gla-
diferorum fratrum iam stabant in ea prouincia: strenue uero rem admini-
strabant bello: Sed cum hostiles incursions a Letuanis multiplicarētur,
audirentq; fratres Teutonicos in Prussia uicinis gētibus cum plurima lau-
de & prosperitate colluctari: operæ premium putauerunt maiores illorum
uires implorare. Itaq; missis nuncijs orauere, ut ueniētes, terram protecti-
one sua tuerētur: fratres in suum ordinem coaptarent: se suaq; omnia illis
permissuros. Non erat res que multa supplicatione esset extorquenda: fa-
cile impetratur, quod magis commodat rogato, q̄ roganti. Venerant fra-
tres Teutonici ex Prussia in Liuoniam, prolatata ditione, etiā illam suscep-
tare prouinciam defensandam. Iam urbes fundatæ, arces erant communi-
tæ, iacta bonarum rerum optima fundamenta. Sed nos tempus admonu-
it commemorare, quo ordine, quo tempore, memorati ordinis Teutoni-
corum fratres in Prussiam peruererūt.

CA. XXVII.

Eutonicorum ordinem militarem, titulo beate Mariæ, in ipsa ex-
peditione principum, sub Imperatore Friderico. I. terrā sanctam
magnis agminibus transeuntium, post mortem eiusdem Impera-
toris, ab officio pietatis in terra sancta sumpsisse principium, ante dixim⁹.
In eum multi se contulere militares uiri, fortiter in terra sancta pugnantes:
obtinuitq; secundus Fridericus ab Honorio summo pontifice eum ordi-
nem cōfirmari; deditq; fratribus per Germaniam disseminatis, Prussiam
prouinciam, gladio ad Christiana sacra perpellendam: ut nihilomin⁹ me-
morati fratres, suū haberent agmen in terra sancta, quotiens opus uide-
retur. Huius ordinis magister sub eodem ad huc Friderico Imperatore,
ibat nauigās Ptolomaïdā, cum expeditione Brūdusij coacta: quam Fride-
ricus, destituit nauigātem. Cunq; rem in Asia Christianam per inducias
Damiate cōstitutas, cum interceptus esset rex Frāciæ cum multa nobili-
tate, perq; Friderici perfidiā torpescere uideret, & cum ipso Friderico re-
dijt in Italiam: Massanensi archiepiscopo, & eodem magistro, oratoribus
Romā missis, pacē Fridericus ac ueniā suplex orauit. Pontifex tū his con-
ditionibus est assensus; uiginti centūq; millib⁹ auri uncij eo bellorum in-

Gladiferorū
ordo i Liuo.
1. 1. 1. 1. 1.

Gladiferi frēs
Teutonicos
accersunt.

Frēs Teuto-
nicī Liuoniā
suscipiūt de-
fensandam.

Origo ordi-
nis Teuton.

Ordo ab Ho-
norio cōfir-
matus.

Frid. Imp. ve-
niā a ponte
Orat.

LIBRI VII. CAP. XXVIII. ET XXIX.

Fr̄es Teutoni
ci Prussiam
sub̄egerunt.

Iarimar⁹ in
Zielādiā.

Nestwede
expugnatur

Perpetuū
Danorū i la
rimar⁹ odiū

Rugia qñ ad
Christianis,
mū cōuersa.

Christophie
rus Danorū
regno pulsus

Monsregalis
opidū fūda,
tur.

Belo Vngā
rie rex in
Odoacrem.

Italia impendio cōsumptis, in ecclesię grariū relatis, Frideric⁹ benedictio ne apostolica restitut⁹ Imperator & rex utrobic⁹ in Sicilia & Germania appellaretur. Dum ergo reb⁹ Asie nullo sunt usui fratres Teutonici, amplificandis in Prussia rebus intenderūt: & felici auspicio terram omnem sibi parere, populūc⁹ sacrū subire baptismū, coegerūt. Aucta est optimis incrementis ibi res Christiana: & usq; ad Liuoniā, quod dicere cōepimus, fratrū memorator⁹ est ditio propagata. C A. XXVIII.

Oc etiā tempore Iarimarus princeps Rugianor⁹, qui ex multis annis Danor⁹ regno paruerat, tūc perarmata classe, infestus contendit in Zielandiā Danie: cum soueret, nescio quid, simultatis, in Danie regem Christopherū: perteſum est enim aliquā Danorū imperij gentē Wādalor⁹: cum cerneat omnes congenitiles suos, qui aliquā Danis suberant, iam subductis iugo ceruicibus, solum iustis in sua gente principib⁹ parere. Iarimarus aut̄ tum opidū Nestwede expugnauit, diripuitq; & longe latec⁹ excurrens, incendia miscuit depredatiōibus: Contraxit tantum perinde in gente Danorū odīum, ut ne nomē ei⁹ audire sine stomacho paterentur. Mendici aliquando, ut sit, peregrinatū egressi Dania, declarauere gentis sui longe quam in hūc Iarimarum indignationē: Nam in Rugiam descendentes ex his nōnulli, si quis pro salute defuncti Iarimari illis exhiberet eleemosynam, cōtempsero: cum indignatione auersi. Hūc ego Iarimarum primi illius, qui a Waldemaro primo uictus est, filiū esse contendō: Nam eundem hunc esse, ratio temporū non patitur. Rugia circa annum Christi septuagesimū post centum mille, ad Christi fidem convertitur. Iarimar⁹ tum frater regis Tēcislai in armis fuit: & iam annūs est sexagesimus post mille ducentos, cum ista in Daniam excursio memora tur: Interuenientes ergo anni nonaginta, non patientur eandem personā in utrac⁹ expeditiōne militasse. Sed per hēc tēpora Dania in illum cōtempnum pertuenit, ut facile a quoquis impugnaretur. Christopherus suis insuis, enīcitur regno: potuit tum pro illo restituendo, illa fieri Rugianorū in Daniā expeditio: Sed nihil est op⁹ in obscuris diuinare: satis est rem nos se gestam, etiā si ex quibus causis, ignoretur. XXVIII.

Doacer in gente sua Bohemorū adhuc regnū tenuit, omnium regum potentissimus: qui imperium suum protulit ad mare Sarmaticum, quod nos appellamus Germanicū: Cornelius Tacitus dixit Sueuicū: Fūdauit in eo littore maris, prēclarā urbē, cui nomen in dedit ut Monsregalis diceref. Sedes nūc, magni magistri ordinis Teutonicorum, posteaq; bello Polonico patrum nostrorū memoria, Marieburgum arcem ornatissimā amisere. Sed per eam, quā nūc scribimus, temporis seriem: Belo rex Vngarie, magno bello, hunc regem laceſſiuit. Ille aut̄ magno rex animo, hosti, licet potenti, cedendum non putauit: perarritatis ergo copijs, duxit in hostem: cōgressi durissimo prēlio, diu pertinaces acies cōstitere in aduersum. Sed tum Belo rex Vngarie, accepto uulnere excessit acie, cōcepitq; inclinare fortuna Bohemis, nam Vngari iam len-

LIBRI VII. CA. XXVIII. ET XXX.

tius pugnantes, pedem retraxere; inde etiam multis cadentibus, fugam int̄ere: sequuti Bohemii, urgebant terga fugientium. Cincz ad ripam inter redentis fluminis peruenirent, nec parata inuenirent quo transponeretur nauigia, & que aderant, festinatione, ac trepidatione prementium impleta mergerentur, ex omni numero ad sedecim millia Vngarorum (præter eos qui in acie, & fuga ceciderant) ibi perierunt. Victor Odoacer, in columem reduxit exercitum. Mirum si in rege tanta sit uiuacitas, ut usq; in hęc tempora, idem ille regnum continuari: qui a Philippo Romanorum rege coronam regni sui perccepit: Philippus autem intercidit ad annū octauum post mille ducentos. Iam ad minus habebat Odoacer annos uiginti: & iam tangimus annū Christi. LXX, post milleducentos: Ergo prope erat nonagenarius, cum hoc prælium conficeret: Memoraturq; hoc tempore uxore repudiata, superduxisse filiam regis Musgouie, sive Massouiam dicere uelint: Ea est enim pars Poloniæ, cum Musgouia sit in remotissimis Russiæ prouinciæ latissime. Non hoc facile recipitur de uetulo nonagenario: sed de iuniore, qui potuit eius nominis esse filius eius. Hanc tamē rem in medio relinquim⁹: si forte manifestiora deinde eius rei indicia, in sequentibus deprehendamus: Poteſt enim uiuax senecta, quod arida iuuēta mulitorum negat:

CA. XXX.

Cribit in Bohemia sua Aeneas, Odinkarū (sic enim uocat, quē Latini Odoacrem) regem uocatū ad Imperij cōctum, uenire contempſisse: cum palam dictitaret, regem Bohemię, nihilo esse misitorem Romanorum Imperatore: Magnitudo enim ditionis, quam, ut diximus, tenebat, a Carinthia, Carniolaq;, per Batuariam, Bohemiam, Slesiam, & Prussiam, animos faciebat. Rodulphus comes de Habsburg preterat Imperio: qui cum pridē regis Odoaci curię magister fuisset, minoris a rege pendebat. Misit ergo Imperator legationem regi, Austriam, Carinthiam, cum cæteris Rōmani Imperij prouincijs reposcentis: quando nec Austria muliebre feudum esset: nec Vlricus prouincias illas iniussu Imperatoris tenuere poterat. Recusat rex: & armis tueri parat, quod legitimo accœpisset titulo. Erant qui se interponeret uiri sensati bello, quod exoriri timebat. Effecerant inter utrosq; reges serio tractantes, ut Bohemus modestior factus, Austriā redderet Imperatori: qui filiā regis Odoaci cōiugē accœpit: uicissimq; filio regis Wentzelao, Imperator redditum suā filiā in thorū: Dotē accœpit Imperator de manu régis, prouincias alias, quas Bohemus teneret, Romano tamē Imperatori debitas. Ita rebus constitutis, bellum uidebatur auersum: sed aliunde recrudescēte superbia, renascitur. Rex in uerba Imperatoris, ut Imperio subdit⁹, iurare urgetur. Serio negat: q; tanti regni maiestatem non pateretur inclinare ulli mortaliū. Imperator ab Imperij uiribus discedere non patittur. Nouū bellum in foribus: apparantur arma in alterutrum, coguntur agmina, educuntur exercitus, acies instruuntur. Rex tamen priusq; configerent, missis orationibus, offert se iuraturum: si modo honoris sui ratio habeatur, liceatq; ini-

Vngari fu-
giunt.

XVI. millia
Vngarorum
perirent.

Massouia Po-
lonie pars.

Bohemie
rex ad Imp̄j
cōctū uenire
recusat.

Imperator Im-
petū pūicias
reposit.

Imperator te-
gis filiā uix
rem ducit.

Renaſcitur
bellum.

Rex Impato-
ri iuramentū
offert.

LIBRI VII. CA. XXX. ET XXXI.

Odoacer ho
miniū prae
stat.

Corruuit tēto
rium.

Odoacer Im
peratori bel
lū indicit.

Odoacer op
primitur.

Wētzela⁹ pa
tri succedit.

Wentzeslaus
Imperiū re
cusat:

Wētzelaus
Wētzla⁹ pa
tri succedit.

tra tentorium coram paucis prestatore iusurandum. Accipitur conditio; Instruitur tribunal apparatu magnifico. Sedet Imperator in maiestate: ex latere, qui aderat, electores, alijqz magnates: Procedit rex Bohem⁹ cum paucis, suggestum petit, pedibus prouoluitur Imperatori: iuramentum quod exigebatur, hominj, & fidelitatis, de more prestat. Interea ex composito, dum ille iaceret ad pedes Imperatoris, quatuor partibus discissum corruuit tentorium: Sic enim paratum fuit, ut innoxie caderet, & patefaret cunctis, quod geri putabatur in occulto. Duobus exercitib⁹ monstratur rex ad pedes Imperatoris. Gratulantur tripudiantes Teutonici: mœsti indignantur Bohem⁹. Rex & si intelligat quid agatur, premit iram, dissimulat in breve tempus. Vbi ad suos reuertit, fremunt cuncti: indignat, & stimulus facit imprimis uxor regina. Mox cūctorum procerum uoluntate, bellum indicitur; & capit⁹ periculum denunciatur presenti Imperatori, q̄ fidem non impleuerit expromissam.

XXXI.

Tabant utrinqz, ut diximus, parata agmina. Stabant ordines in acie, nihil expectatur nisi signum. Volēti ergo regi, impiger Imperator concurrit. Vbi cecinere signa, atrociter confligitur; multis utrinqz cadentib⁹: sequit per agmina Mauors. Sed rex Bohemus dum ire nimium indulget, incautius pugnans, opprimitur. Quo cadente, in fugam respectant Bohem⁹. Victor Imperator, illis fugientib⁹ aliquandiu iubet instari: demum canit receptui. Sic periit rex potentissimus, & quo grauis: qui si idem fuerit qui Philippo regi conflictauit, iam supra nonagenarium erat; Nam Rodulphus septagesimotertio peruenit ad Imperium; Philippus autem octauo post milleducentos occiditur. Qua ergo fu erit etate, qui ambobus conflictauerit, facile inuenitur. Ex hoc rege redib⁹ dotis nomine ad Rodulphum Bauaria: Austria quoqz uacuata circa ea tempora, redib⁹ ad feudum Imperij: permissoqz ab Imperatore patre, filio eius Alberto, qui secundus post patrem imperabat. Wentzeslaus autem Odoacris filius, regno succedit paterno: cuius tanta fuit uirtus, ut Imperatore Rodulpho moriente, illi ab principibus Romanum deferretur Imperium; sed qua uirtute promeruit, eadem modestia recusauit: asserens satis superqz satis sibi laboris esse, paternam ditionem equis legibus gubernare: externis se libenter abstinere, cedereqz dignioribus: uir tanto Imperio magis donandus, quo magis a se abegit: Res que in paucis inuenit exemplum. Fatigant ceteri cœlum & terram, ut imperent: Ille manibus pendibusqz, oblatum recusauit Imperium, regno suo contentus: quod tamen non diu post patrem tenuit, morte absumptus. Reliquit autem filium sui nominis: qui coronam adeptus, ordine regum septimus, non diu rebus prefuit: nam dum in Moravia domo priuata spaciaretur, nihil mali ueritus, erat qui obseruaret, obtruncaretqz regem. Deprehēditur homo Tur ringus cruento gladio, & priusqz de coiuratis, decqz modo rerum institutum, ac omni scelere patefaceret, ab imprudenti populo laceratur. Ita factum est ut grāde hoc malū, quod nō paucos, necqz leues haberet autho-

ET XXXII.
LIBRI VII. CA. XXXII. ET XXXIII.

res in occulto remaneret: Nec ab re fuerit suspicari, conscius emolitos, ut patrato scelere occideretur: Vir non satis patri uirtute cōpar: & ideo multis inuisus: qui paternā in eo probitatē desyderabat.

XXXII.

Enricus Carinthiæ princeps, per id tempus Prage cōmorat⁹, rex creat⁹ Bohemiae. Albertus Imperator, qui per mediū Adolphū patri in Imperiū erat surrogatus, filium suum Rodulphum in regnum, pulso per arma Henrico, prouexit. Arbitratus, quod leges habent Romanorum, & regum consuetudines, ut uacuum morte Wentzeslai absq; herede mare regnum, ad Imperatorem iure beneficij reuerteretur. Sed hic Rodulphus filius primo anno regni sui rebus excessit humanis: rediit⁹ Hēricus memorat⁹ ad sceptrā: iam enim Albertus Imperator absimus est: cœfusq; ab proximo suo. Rodulphus, Rodulphi Imperatoris erat filius, Alberti Imperatoris germanus frater: Is accepta coniuge filia Wentzeslai, germana sorore filij Wentzlae Agnete, genuit ex ea filiū Iohannē: Is cum sequeretur in armis Albertum Imperatorem patruū suū, nullam sui ab patruo, in cōferendis regni beneficijs, indoluit haberi rationē. Cōtulit multa multis Imperator: solus Iohannes ex fratre nepos, præteribatur. Id acer iuuensis non iuueniliter animo uoluēs, trāseuntē per Reni ripā Imperatorem Albertum, minus iam armis tutū, confudit, & elabit: Postea facti pœnitens, adjit sedem apostolicā, ut gratiam mereretur patrati apud Deum & homines, atrocissimi sceleris. Papa illum remisit ad Imperatorem, ut eius arbitratu de scelere satissacheret. Is erat Henricus. VII. de Lutzenborg. Ad quem cum Iohannes a pōtifice missus, uenisset, atrocitatem sceleris in supremū dñm secum reputans, & coniunctissimi principis necem, animo uoluens, iniunxit, ut armis dimissis, ingredetur eremitarum diui Augustini ordinem: ibi⁹ quādiu uiueret pœnitentiā impleret: quod ille uolens factitauit: Sciebat enim nusq; sibi in seculo tutum, uiuere: inter acerbā odia tantæ nobilitatis. Henricus autem Imperator non equis aspiciens oculis, regnare in Bohemia Henricum Carinthiæ principem, accersibat e regno Elizabet nouissimi Wentzlae filiam: & eam Iohāni filio suo adolescenti optimo, Spire dedit uxorem: armisq; ualidis misit in Bohemiā. Vbi expugnata Praga, quam tenebat Henricus, fugere illum, & redire coegit in Carinthiam suā. In ea domo per aliquot successiones mansit Bohemia, usq; ad etatem nostram,

CA. XXXIII.

N terra Obotritorum, qūe nūnic Magnopolis est, per eā etatem i arx erat sita ad intimum maris sinum, qui de mari magno tractu terram ingredit⁹: & cui de mediterranea obui⁹ fit riuus: Ad hūc sinum arx erat, Dorsow illi nomen dedere: extat hodie opidulum rustis, cum nomen referens: Fa tum paruit comitibus Holsatiæ, incertum quo iure, armis capta, an ex foedere tradita, uel forte æra cōempta. Habitatores, & arcis custodes, clam comite receptauere, ut sit, publicorum itinerū insidiatores: Id non passus Iohannes Adolphi religiosi uiri filius, comes Wagriæ, cum aliquando adequitans, noxam deprehenderet, iussit arcis custodem publico iudicio damnatum, gladio cædi. Nec tamē illo ceden-

Hēric⁹ Carl⁹
chīæ princeps
rex Bohem⁹
mia creat⁹

Hēric⁹ regno
restituitur.

Io. Imp. Al⁹
bertū patru⁹
ut suū con
fodio

Iohānes ordi
nē D. Augu
stini ingredit⁹

Hēric⁹ fugat⁹

Dorsow
arx

Arca custos
cæditur.

LIBRI VII. CA³. XXXIII. ET XXXIII.

Colloquium
inter Obotri-
torum príceps
& Lubiceñ.

Wismaria
crematur.

Guido cardi-
nalis legatus
in Daniam.

Quib⁹ gra-
dib⁹ Guido i-
sum pōt.
excreuerit.

Coradin⁹ cæ-
us.

Heric⁹ expe-
ditionē in ter-
rā factā in i-

Capt⁹, annos
xxvi. detinet

te, res facte sunt meliores. Ciues autem Lubicenses earum rerum impati-
entes, cum Iohanne Obotitorum principe, quem tum pro consuetudine
suæ gentis, Wandalica lingua Knese Ianike appellauere. Aderat filius ei⁹
Henricus, qui deinde in peregrinatione terre sancte captus, diu fuit inter
Saracenos, quod dicemus: Pater & filius, ciuib⁹ Lubicensibus colloqui-
ti, societatem oppugnationis in dictam arcem inierunt: iunctisq⁹ armis &
animis, eam expugnauerūt, ac solo deiecerunt: dederuntq⁹ principes me-
morati, ciuib⁹ Lubicensibus priuilegium, ut eo utentur riuo, ad aliquot
mollia a mari, supra opidū memoratum. Q⁹ nemo in perpetuum firma-
ret arcem, aut presidium, ad eius riuui utrinq⁹ ripas, & ad certos limites ci-
uitatis memorare. Quo tempore Wismaria nouū opidum, ut totum ex
lateritijs instauraret, periit incēdio: quod pleriq⁹ maioribus protenit ur-
bibus, que in floridiores emicuerunt: mansissentq⁹ in reliquijs prime uetus
statis, rusticeq⁹ uilitatis, nisi purgator ignis, renouari edes cōpulisset. Cir-
ca eadem tempora, Guido cardinalis de latere, missus in Daniam, compo-
nendis rebus, inter regem & archiepiscopum Lundensem, per Germani-
am quoq⁹ prouinciam suam, multa constituit, que extant: de Lubica aut
transfretauit in Daniam: multam ibi impēderis operam, ad liberationem
archiepiscopi Lundensis, quē Ericus rex uinctū tenebat in carcere. Cūq⁹
diu laborans, nihil proficeret, festinauit egredi, regem excommunicās; in-
terdixit diuinis per omne regnum. Excreuit iste legatus, in quartum Cle-
mentem summū pontificem, qui per omnes gradus electus ad summum
sacerdotium. Erat iurisperitissimus aduocatus, in concilio regis Franciæ:
uxorem tum fouens ac liberos: uxore defuncta, factus est episcopus Podi-
ensis, inde Narbonensis archiepiscopus, quo ex gradu factus est cardinalis
Sabinensis, & in eo functus est legatione in Angliam, & Daniam: absens
mortuo Vrbano, electus est summus pōtifex. Is cum uideret Coradinum
nepotem Friderici, II, ex Conrado filio, magnis multorū fauoribus duci
per Italiam, miserat⁹ adulescētis sortem, fertur dixisse astatibus: ducitur iste
ad certam mortem, ut bos ad uictimam ignarus, quod ita euenit: nam ca-
pt⁹ cū duce Austrig, a Karolo Gallo uictore, per ignauiam Romanorū, ce-
sus publico gladio interiit. Hic Karolus comes in prouincia, ab Vrbano
pontifice inuocatus, contra Manfredum Friderici bastardum, regnum Si-
cilię uictor obtinuit.

CA. XXXIII.

X. primi Burewini per Henricum filium, qui præcessit morte pa-
trem, nepotibus, primus Iohannes filium habuit itidem Henricū,
Is ad nouā in terrā sanctā expeditionē, quā Gregoritis. X. ab-
sens creatus pontifex, cum primum potuit edixit, anno septuagesimo sex-
to post milleducentos se accinxit, crucem accipiēs, in terram sanctam cum
cæteris peruenit: Et cum ad prædam cum aliquantis exisset, a militibus
Saracenorum Saldani captus, per rotos sex & uiginti annos, que magna
pars est annorū uitæ, in seruitute permanxit. Infoelix peregrinatio, & omni
pro Christo morte grauior. Anastasia autem uxor eius, cum ignoraret
quid marito accidisset, cæteris redeuntibus, nec omnino certum aliquid

LIBRI VII. CA. XXXIII. ET XXXV.

de eo renunciātibus, ipse non rediret, incerta uiueret necne: Captū audierat, sed an in eo statu diu superfuerit, nosse non poterat: de consilio patris sui, Bernaim ducis Stetinensis, Luigardā amborum filiam Pribislao Duci Gneznensi despondit uxore. Erat ea annis nouem in contubernio mariti, puella insignis, & bene morata: Qualis enim uixerat, mira post eius mortem opera prodiderūt: Maritus zelotipus, cum nescio quid, suspicaretur, obīceretq; puelle, eam in cubiculo clam strāgulauit: Sed uite innocentia, testata sunt ad tumulum eius facta miracula: Interim pater in captiuitate permāsit. Per que tēpora, iterū Lubica insignis ciuitas, proprio per negligētiā incendio cōflagravit, iam quarta uice. Nam primo sub Adolpho, secūdo uix bene cōsummata, cum eam acciperet Hēricus Leo: deinde ducentesimonorio, cum usq; ad quinc̄ dom⁹ periret: tertio circa annū quadragesimū, pro parte media: nunc uero post milleducētos anno sexto & septuagesimo. Ex hoc autē nouissimo incēdio, eo qui nunc cernitur ordine instructam, cōpertum habemus: ut in longum, uelut per dorsum due tenuantur plateę: Ex lateribus autē uelut costę derituent uiculi, hinc ad Trauenam fluuium inde ad lacum Wokenissam: qui utrinc̄ ciuitatis muros alliunt tutanturq;.

CA. XXXV.

Icolaus ex nepotibus Burewini, per filiū Henricū in distributio-
nē patriarū ditionū, sortitus est Wādaliā, uberē frugū prouincia, opidis non cōtemnēdis plenā: Duxit uxorem filiam comitis de Anehold: ex qua reliquit filios Hēricū, & Iohannē: nam tertius Bernhardus dormiuit ante legitimos annos. Erant Nicolao per sua tempora multa cum marchionibus cōterminis bella: Timor Dei & circumspectio sollicita tutū illum præstare inter ardua uidebant, mores, & uerba futilia que nullum pre se ferre pōdus uiderētur: sed erat prudēs, & uirilis, in cōpto cōstantia: ludicra, & leuia, & inania uidebātur que dixit: Sed in exitu apparebat prudēs cōsilium. Marchiones Brādenburgenses, insigni tunc, ut nūc electuræ principatu, Wādalorū principes, suos habuere satellites: uestem illis curialem, quomō domesticis misere: Eam honorifice excēpit Nicolaus: & cum prodiret in cōspectum, ea tectus ibat. Erat cōtrouersia de finibus, uentū est in cōeturum ad tractandū super rebus: male sibi timuit Nicolaus: Nouit superbiā maioris principat⁹: Armauit ualidā suorū manus, & clam habuit tectos umbris, & nemorib⁹: iussit tñ expectare signū: stare suspēlos: ut cum ille pileum suum proīceret ludibūdus in altū, erūs perēt. Cōperunt tractare magnates super cōtrouersijs: Ille de suorum cōsilio, quod uisum est, in rem iussit responderi: Ex uerborū alterna cōtentione, cōcepit indignatio marchionū clarescere: Nicolaus risu excepit rem: Quantū est, inquit, si illustres uos marchiones, hominē tenuem Wādalū, ueltra ueste teētum, opprimere contēdatis: Sit æquū, sit iustum inter nos iudiciū: Alioqui, si uim paratis, indecorū est, uestra ueste coniectum, accipere iniuriā. Si omniō, ut apparet, indignantes setire paratis: sinite hono-
ris gratia, ut uestem ponā, quam dedistis: ne crebrescat rumor domesticū marchionū per uim oppressum; Cum muīmū cresceret, & alti⁹ ire spira-

Marit⁹ Pola
nusstrāgulac
uxorē sanctāLubica quā
tercōflagrā
uit.Platæz Lub
cæ.Wādalia fru
gum uberaWādalę dñ⁹
Marchionū
satellites.Vafrū Wan
dali r̄sum.

LIBRI VII. CA. XXXV. ET XXXVI.

Nicolaus in
morib⁹ leuis,
in factis gra-
uis.

Duo illustres
ordinis præ-
dicatorum.

Duo illustres
parricidæ.

Fili⁹ patr⁹ cœ-
cū spēnunt.

Nicolaus ex
trib⁹ sponsis
tertiā accōe-
pt̄ cōiugē.

Monasteriū
minor Ros-
stockij struit

rent, reputantiū sibi illudi: uisum est Nicolao, prope esse, ut uim intētarēt: Putabat non expectādum: sed ludens de suo more, pileum suū proiec̄it in aera: Accēpere signum, qui latuere, & incursione facta, nudabant arma. Marchiones non tam ad arma parati secesserūt; nec tñ sine cēde, & sanguine trāsīgi potuit: Capti ferūtur aliquāti militares: Sed Nicola⁹, qualicūq; cōsilio, ita rem peregit, ut sua tueretur: Ioculares nōnunq; pretulisse leuitates uidebatur: sed nō degenerauit exitus a sapienti prouidētia. Stabat ali- quādo in cōspectu marchionū, ad similes causas de finibus cōtrectandas: & cum quadrare sibi respōsa non uiderēt, detracto pileo, ecce inquit cal- utis Wandalus: rursus reposito, ecce audacissimus miles: Cachinno exci- pitur a magnatib⁹: sed tam illius iocos, q; aliar⁹ grauitatē reuerebātur. Le- gimus Ironem, Socratē, Aesopū fabulatorē: sed inerat reb⁹ ludicris sum- ma prudentia. Nicola⁹ ad annū LXXVII. peruenit, post milleducētos: tumulatus cum patribus in Dobran. Iste Nicolaus reliquit filios Iohan- nem, & Hēricum. Iohānes ex uxore filia comitis de Lindow, genuit filios Nicolaū, Iohānem, Gunterū, Hēricū, & Bernhardū: quoꝝ duo nouissimi ordinem predictorū in Robel ingressi, ibi finierūt: Gunterus in cano- nicatu Magdeburgēsi moritur: Pater defec̄it. LXXXIII. Nicola⁹, & Iohānes, paternā ditionē regunt. Hēricus Iohānis frater, genuit Henricū, & Nicolaum parricidas: eo q; pater transferit ad secunda uota, cēsus ab illis in Rugia ad uillam Zale cum capi non pateretur, prēter intentionem, ut ferunt cedentium.

CA. XXXVI.

Er quē tempora, in principatu Rostockēsi erat Burewin⁹ tertī⁹, p Hērici, quē stirpē nobilitatis facim⁹, fili⁹, primi Burewini nepos: iscq; ex filia regis Danor⁹ Margareta, genuit filios Ericū, Henri- cum, Waldemarū. Burewin⁹ in etate puercta cōcetus degebat. Fili⁹ illum Ericus & Hēricus cōcitate percussum cōtēpsere, non abstinētes iniurijs: quapropter iuxta scripture cōminationem, non erāt lōgæui super terram, mortui sine prole. Burewin⁹ aut̄ peruenit ad annum Christi. MCCLX. & mortuus sepelitur in Dobran cum patrib⁹ suis. Filius aut̄ Waldemar⁹ accepta coniuge comitis filia Holsatię, sustulit ex ea filiū Nicolaū, quem puerum cognominauere: quia puer diu agebat sub tutorib⁹. Accessit al- tera causa, q; pueriliter inter coniugia uariabat, ex trib⁹ sponsis: filia comi- tis de Lindow, filia Alberti marchionis, & filia ducis Stetinēsis Bugslai: solam tertīā accōpit coniugē: que illi, ac terre sue fuit multor⁹ causa labo- rum. Sed & ibi pueriliter rem gerebat: quia cum se subiēcisset Erico Da- nor⁹ regi ad protectionē, postea pueriliter recessit ab eo, bellum intentās in eū infōeliciter, cum suis Rostockēsibus. Sed ad Waldemarū patrē redeam⁹: Hic habitabat & dñatus est, quiete, & tranquille, in suo Rostoc- kio: Peruenit ad illum Danię regina, materterā ei⁹ Margareta, matris ei⁹ soror, & in uīdūtate deo diu seruiens, monasteriū fratrū minor⁹ extruēs cum nepote: Eodem anno obdormierūt in Christo, post milleducentos. LXXXI. sepulti in Dobran, in maiorū suorum sepulchris; & inde coepit dñiū Nicolai pueri, ad annū usq; XLV, post trecētos.

XXXVII.

LIBRI
123
At tempestate
duo in discordia
fuerūt marchio-
ni, qui opposuerūt
aliū domū marchio-
ni, Cūq; ele-
ctuū, cuiuslibet m-
agnitudo, pe-
culio, cum aliqui
diffic̄, occupauit
suis a marchionib⁹
publica itinerā
Cuncto, sequitū
siquerat, exueratq;
in Holsatię co-
mungens grāssi-
us grāssib⁹ dū-
cūt magno ardo-
ris Otto marchio-
ni caput abducit
sularū, myste-
riū, fuerūt marchio-
ni, belli de integrat-
ione, steterat pro-
sua marchionū
neglectus, ferri-
cōtū sagittarius
tūcōt, dimissā e-
missā, & si-
gnificāt, & si-
gnificantes, p-
rotagonistū eccl-
esiā uocabantū iu-
nū, et res treug-
ū, permisū sine fun-
erātū, illa puenit: sa-
lra hec quoq;
nis grandeū
dragina & un-
ū, medicītes: qui ia-
nū, sanguine comuta: oc-

LIBRI VII. CA. XXXVII.

A tempestate motus erat ingens in Magdeburgensi dioecesi: cum
e duo in discordia electi, pro archiepiscopatu cōtenderent: Ericus
frater marchionū de Brandēburgo, Ottonis atq; Iohānis in par-
te erat: cui opposuere alij Bussone de Queruorde comitē: q; male affice-
ren̄ ad domū marchionū antedictorū: qui diu graues imminebant eccle-
sie memoratę. Cūq; electi iura sua non iure, sed gladio tueren̄, asperū bel-
lum exarsit: diu inuicē irrogata sunt damna, abacte prede, mixta incendia
leuib; prelijs, uicissim multi capti, ac cęsi: interuētu deinde honorū utrīc; p;
uiorū, pacata in eam formā res est, ut utric; electi cederet; accepta in cō-
pensationē damnorū pecunia: Cūq; super ea re cōuenisset inter partes, ele-
ctus denuo Gunterus de Swartzeborg comes: Sed marchiones statim a
cōuentis resilierūt: multi illis in circuitu principes adhesere. Albert⁹ dux
de Brūswico, cum aliquātis comitibus: Albert⁹ q; dux Saxonie ab hac
parte cōsistēt, occupauit arcē Aquēsem: Cūq; ciues sine fine multis ac ma-
gnis rebus a marchionib; damnificarent, interceptis currib; que mer-
ces per publica itinera cōueherēt, egressi ciues cum armatura sua, atq; pō-
tifice Guntero, sequuti ducē de Anehold comitē, Albertū Saxonie ducē
arce fugauerāt, exuerātq; Capti sunt ibi comites, & nobiles plurimi. Fe-
runt inibi ex Holsatię comitibus unū interceptum. Marchio ubi audiuit
Magdeburgenses grassari per agros, arma contraxit, & mouit in hostes,
ipse quoq; grassabūdus incedēs: Cōcurrunt agmina non lōge ab opido
Vrose: ibi magno ardore est decertatū, totis est uiribus pugnatū: Capiē
inter alios Otto marchio: cadit comes de Arnsten, cum multis nobilib;
marchio captus abducit: sed non longe reperit fideiuſſores, ut pro septem
millibus laxaret; mysteriū iniquitatis operabat, ut effent in parte archiepi-
scopi, qui fauerēt marchioni: nam expromissam pecuniā minime p̄soluit.
Renouat bellū de integro: Otto de Anehold comes, & Otto Hildesemē-
sis episcopus, steterāt pro archiepiscopo. Albert⁹ aut̄ dux Brūswici, de par-
te pugnabat marchionū: & cū iterū Iohānes copias ductaret, in Stafford
telo per galeā iectus, ferrū diu portabat in capite: Inde ducto uocabulo, ut
diu marchio sagittarius dicere. Sed Gunterus archiepiscopus, ubi quid
ageret p̄sensit, dimissa ecclesia, rediit in terras paternę ditionis: uix explēs
annū in pōtificatu: & successit Bernhardus de Welpe comes: Nec tum
quieverūt marchiones, ius fratris, p̄sequētes: magno deinde cōgressi pre-
lio, Magdeburgēsis ecclesię milites succūbūt: capti primores cū trecentis,
qui stratis uectabant iumētis. Hac ruina res ecclesiæ extenuant: Sed tum
intercepta est res treugis: peruenitq; tota cōtroueria in man⁹ arbitrorū:
in quib; permālit sine fine. Nouus electus Romā petiit: Sed Ericus demū
ad ecclesiā illā puenit: satis postea fœliciter gubernās. XXXVIII.

Irica hęc quoq; tempora Burchardus Lubicēsis episcopus, uir an-
nis grandēuus, sed uiribus recēs: qui octuagenarius elect⁹, quas
draginta & uno federat annis: causam ecclesię defendit aduersus
fratres mēdicātes: qui iam tum, cum effent adhuc hesterni, cōperāt in ec-
clesiā erigere cornua: occasione sumpta de sepulturis, quas liberius sibi uē-

Electio in di-
cordia de
archiepiscopatu
Magdeb.

Bellū oritur

Eligitur ter-
tius facta in
ter duos con-
cordia.

Capti com-
tes & nobiles

Otto mar-
chio capitur

Archī p̄s di-
mittit ecclē-
siā.

Magdebur-
genī uincitūr

B. octuage-
nari⁹ in ep̄m
eligitur.

LIBRI VII. CA. •XXXVIII. ET XXXVIII.

Frates men
dicates cœsu
rae; cōtem
ptores.

Piscis leoni
similis capiſ

Vespere Si
culum.

Eligitur Eri
cus marchio
in archiepm

Cives eſe ſuo
archiepm re
dimunt.

Lusatia da
tur in pigno

Bellum de fi
nibus.

dicabant, q̄ iure permitterent. Interdixit episcopus in ciuitate diuinis offi-
cij. Qua de causa, cum populus fratribus, ut solet, in clerū astipularet, cle-
rus urbe secedere cogit. Fratres interposita appellatione, cōtinuarūt diui-
num officiū. Causa deuoluīt ad Romanā curiā: ubi quid peractū sit, infe-
riora docebunt. Quo tempore Hamburgū Stormarie uetus opidū, olim
archiepiscopatu insigne, quē honorē nulla sua culpa perdidit, incēdio con-
flagravit: & multos suis rebus extrahendis occupatos, flāma intercepit.
Hoc etiā tempore marinus piscis, ad ultima Iutie (Scagen uocat) capiſ, leo-
ni ſimilis. Prodigū fuiffe, multi tum interpretabant. Prodēgit hoc mon-
ſtrū Gallis: nā illi tum implacabili odio omnes celi ſunt in Sicilia: Panhor-
mi facto initio: Mulieres a Gallis pregnātes interempte ſunt, extraſti fœ-
tus, ne quid Gallici nominis maneret in prouincia. Durabat bellū Mag-
deburgē, qđ ante cōmemorauimus: captus in prelio Theodericus mar-
chio, de Landesberg: nam & arcē Wolmerſtede, Bernhardus archiepico-
pus ui expugnās, coepit: adiēcitq̄ ecclesię. Magnū & diuturnū malū, eam
ditionē, & uicissim Marchiā attriuit: ducatūq̄ Brunswickē ſem non me-
diocriter affixit: Nam Albertus dux Ottoni, & Iohāni marchionib⁹ in-
heſit: quorū fratruelis Albert⁹ marchio, ſtetit pro ecclesiā. Cum aut Bern-
hardus archiepiscop⁹ nō diu ſupereret, iterū ecclesiā uacāte, canonici me-
moratū Ericū, marchionū fratre, pacandaꝝ rerꝝ gratia, denuo elegerunt:
indignātibus ciuib⁹, qui marchiones oderāt, & imprimis Ericū: q̄ ille di-
uturnis malis cauſam prebuiffet: tumultiuātes, opprimere uoluerūt electū
in ciuitate: niſi elapsus per cloacā, nauiuclę impositus, Wolmerſtede perue-
niſſet: poſtea tñ memorabili charitate cum ciuib⁹ uixit: adeo, ut cum pre-
lio qđā captus teneret, nec fratres eius relaxationi multū intenderet, ciues
beneficiū in eo, ſuo dño collocātes, ære uirū cōportato, quingētis illum ar-
genti marcis redēmerūt. Idem pōtifex cum obſedisset opidū, & arcē Ga-
tersleue, Otto frater, fratri tulit ſuppetias: Cūq̄ in longū tēderet obſidio,
archiepiscopus cum fratre, custodibus & prefēctis exercituī adhibitīs, re-
creādi animi gratia cōcessit in Caluen: Custodes excubias negligētius ſer-
uauere: Hostes qui erāt ex ministerialib⁹ ecclesię, ſuperuenientes incautis,
coepere multos ex Marchia: in quorū redēptionē cum urgereſ archiepi-
scopus, terrā Lusatie in pignus tradidit, pecunia uifcepta. Qui hui⁹ inua-
ſionis erat duxor, dñs Falco miles, a marchione non diu post, cædi iubet
Magdeburgi in ecclesiā sancti Pauli: cæſus extrahit per capillos in uiam
latam. Ita principibus quod libet, licet.

CA. XXXVIII.

Nnus erat a nato Christo, LXXXIII, post milleducentos, cum
a inter dños Iohannē, & Henricū, filios Hērici principis Magno-
polēsis, in captiuitate manētis Saracenorꝝ, ex una, & marchiones
de Brādēburgo Ottonē, & Iohānē (erat in his quoq̄ partibus de Misna
marchio, in ſuper Saxonię, & Luneburgi duces) ex altera parte, bellū de-
finibus, dec̄ alternis iuribus eſſet. Cōtemptui erāt tātis principibus iue-
nes illi, patre orbat: Sed illis tum pro patre fuit, ut ferunt, diuina, ptectio;
quā illis matris, Deo deuotissime ſcēmine, preces, ac lachrymæ procuraue-

ET XXVII
LIBRI VII. CA. XXXVIII. ET XL.

nunt. Intrauerant hostes magno agmine terrā Magnopolensem, igne, ac gladio undicq; sequentes. Iuuenes illi nobiles, quibus poterāt, viribus contractis, obuiam hosti contenderant. Inter opida Greuesmolen, ac Gadesbusch, obuia sibi agmina fuere: prēliū paribus animis, & si nō viribus iniuratur pari fiducia: cum hinc de parte aduenarū hostium vires maiores fiduciam crearent: illinc patrię defensio, iusti respectus confidentiā augebat: Diu fortiter configūt: & inclinabat fortuna, quo minime casura putabatur ab omnibus. Nā iuuenes Magnopolenses, fugato hoste, multos inde captiuos eduxere. Nō alia magis tum res nocuisse principib⁹ aduenis in conspicuo est, q̄ hostilis apparatus ipse cōtempt⁹: qui causa fuit ruine plū rīmis. Dum enim cōtemnitur aduersarius, min⁹ circūspicitur, min⁹ omnia prouidentur: cū ille interim angustijs pressus, cogitat, que aduersarijs in mentē nō ueniunt. Ea uictoria p̄fécit: ut totus principat⁹ Stargardie, qui dubio iure uidebatur esse inter marchiones & Magnopolēses, ex hoc die cederet Magnopolensibus: Nam preciū redēptionis captiuorū, dotalitia pecunia, quam ex Alberto marchione, cuius filiam primā alter ex fratribus Henricus accēpit coniugē, accēpisset. Sed & stipendiū militiæ ex rege Bohemie, cui militauit in Rudolphū Imperatorē: hēc omnia collata sunt marchionibus: ut a iure discederent principat⁹ memorati. Fuit iste Henricus, magnitudine animi, & fœlicitate bellorum Leo cognominat⁹: a quo descendit posteritas principū nunc florentiū: quorū lineam suo loco & tempore numerabimus. Per eam etatē mendosus quidam senex, quem Fridericū Holstuch dixere: alijs Tile Kolup cognominat⁹, de Colonia exortus, uenit Nussiam, inde in Westphaliā, mentiens se esse Fridericū Imperatorem. II, qui nō ut credebatur mortuus, sed peregrinandi gratia fuit profugus, multa edixit intersignia, quib⁹ nōnullis fidem credulitatis fecerat. Sed tum Rodulphus Imperator iussit in questionē abripi hominem, in qua plane cōfitetur, se ista cōfingere: q̄ olim in curia Friderici seruisset: igne cōcrematus est iussu Imperatoris tant⁹ falsarius. Nō hinc longe, alius quidam nebulo, eadem pretensa imagine, uenit Lubicā, & primū quidem secreto loquutus, cauere putat̄ internosci: Inde, ubi creuit audacia in populo credulo, palam se prædicat esse Fridericū quondam Imperatorē: uenisse in urbē, quam ipse creasset Imperialē: Persuasit credulę plebi, ita ut subiectū equo, ducerent per ciuitatē, cunctis uisendū dominū suū. Erat vir industrius inter proconsules, Henricus Steneken; qui in legationibus crebrius alloquutus Imperatorē, multa de persona, multa de statu Curiæ eius peruidisset: Secreto cōp̄it super multis compellare hominem. Ille ad omnia uacillabat: Cōperta falsitate, effectū est, ut euansceret, nemine sciente, quo abisset.

CA. XL.

Archones de Brandēburgo, atq; Misnia, iunctis armis & virib⁹ m per ea tempora duxere in Poloniā: cum haberent de finibus, ne scio quid, controuersiarū: Et cum occultius rem tegerent: sciētes Poloni regis consuetudinē: Rex ei⁹ temporis, male dispositis excubij, in loco non tuto pernoctabat; nō enim urbib⁹ & arcibus multū cōmunitis

Hostes in ter
rā Magnop.

Hostis cōte
ptus ruinæ
causa.

Redēptionis
precia.

Henricus co
gnominatus
Leo.

Senex Fride
ricum. II. se
metitur.

Ali⁹ eiūdē se
falso metitur.

Falsari⁹ iter
pellat⁹ aufu
git.

Marchiones
in Poloniā.

Rex ab im-
prouidis op-
primitur.

Redimitur
Marchia no-
ua.

Iudei Chris-
tianus crucis-
figunt.

Eriguntur Ba-
silicæ in ho-
norem noui
martyris.

Molendina
dissentionū
causa.

Celebratur
nuptiæ.

Wādalisa na-
tiua uis latro-
cinandi.

hoc regnū floret, ut equalibus uiuāt. Ibi occupat⁹ ab hostib⁹ rex, dum ca-
pi non patitur, ab improvidis opprimitur. Opida, quæ erant in conspectu,
immunita, accœpere facile dedita. Flexere agmina sua in Prussiā: Ibi q̄q;⁹
occupantes magnam terre partem, quam firmatis presidijs cōmunierunt:
appellarūtq; nouā Marchiā, usq; in hūc diē: Sed eam tamē fratres de do-
mo Teutonica, cum Prussiā tenerēt, magna ab marchionibus pecunia re-
demerunt: ut illis pareret cum reliquis ditionibus. Sed patrum memoria
cū magno bello laborarēt fratres a Polonis, initio sumpto a ciuitatib⁹ ad
mare Sarmaticū, quæ iustis (ut ferūt) causis declinarūt a dñis suis, armorę
tūm indigi auxiliantiū, eā terrā rursus pignore obligabāt dictis de Brā-
denburgo marchionib⁹: quod suo tempore, non erit in obliuione. Sed eo
tempore, quod nūc cōmemoram⁹, Iudei in Bohemia urbe Praga, mon-
storū semper propagatrice, die sacra parasceues foribus clausis, quēdam
Christianū hominē Iudeo ob inopiam seruientē crucifixerūt: in cōtume-
liam Christi Domini & Christianor⁹ omniū: impletis in eo omnib⁹, que
didicerāt in Christo Domino peracta. Populus Christian⁹ ubi comperit
iusta indignatione correptis armis, sequit⁹ in perfidos: extruxitq; duas ba-
silicas in honorē noui martyris, quē in causa Christi, hostes antiqui Chri-
stiani nominis, crucifixerunt. Per uicina tempora, hoc est circa nonagesi-
mum post milleducētos, Johānes de Magnopoli nobilis princeps, Henric⁹
ad hoc captiui filius, coniugem accœpit Helenā filiā Wentzla, domini
Rugianor⁹, quē matrē habebat de sanguine ducū Brunswickensiū: Nu-
ptię cum magno tripudio celebrātur in opido Sterneberg. Hoc etiam an-
no, molendina quē ciues Lubicenses cōstruxerāt, apud maiore ecclesiam
in austrū, uoluntari cœperūt, quē fuit in causis dissentionū, inter clerum &
populū, uel una de maximis: q̄ pretenderet clerus, in ecclesię solo edifica-
tum, iuribus cedere ecclesię: Sed causa diu in Romana curia uentilabatur
sub Burchardo episcopo, quē secundę fuit secessionis ratio, uniuerso ite-
rum clero: cum pontifex supra centenariū, Romam peteret: & ecclesię suę
per quadriēnum ibi sedulus adest, uictor reuersus: Sed, quod necessitas
imperauit, passus est, accœpta pecunia, rem cōpositione dirimi: quod po-
stea dicemus. Quo etiam tempore Henric⁹, Hērici captiui filius, Iohannis
germanus frater, sacra nuptiar⁹ inīt: duxitq; filiā Alberti marchionis de
Brādenburgo cōiugē: solēnib⁹ pactis in opido nouo Brādenburg. **XLI.**

Rectis & edificatis per littora maris Germanici urbib⁹, florescē-
te imprimis Lubica, cum negotiationes & mercature a mari oriē-
tali ad occiduū multiplicarent⁹, coeperunt itinere publico merces
inter Lubicā atq; Hāburgū deuectari. Militares aut̄ homines de uicinis
prouincijs, presertim Wādalice originis, quib⁹ pene natuua est uis latroci-
nandi. Assueti presertim per tempora multa, hostilib⁹, quē bello gereban-
tur, depredationibus, in pace publica iam egētes hostes sibi creauere, qui
rebus uidebāt fortunatores. Aggressi uis publicis mercatores, finem
latrocinādi nullum fecerūt. In ducatu inferioris Saxonię, tum erant mul-
ta presidia, quibus receptaretur latrocinātes. Id cū ciues Lubicenses apud

LIBRI VII. CA. XXXI. ET XXXII.

ducem sepe quererentur: Dux aut uel non posset, uel non satis attenderet, eam rem auertere, memorati ciues cum in foedere essent cum principibus de Wādalīa, eorum ope accersita, copias perarmarūt, iūctisq; virib; duxerūt in Raceburgū: a capite rationē depositentes. Dux ubi uidet rē ad arma p- uenisse, submissis oratorib; iussit interpellare hostiliter ueniētes, Quid se immeritū, nunq; in eos hostilia molientē, armis peterent? arma sibi impre- sentiar; auerteret; Si qui in sua ditione manerent, quorū comperissent ma- leficia, facile passurū in illos impeteret. Ciues iusta in illum postulare rati, duxerunt in presidia, quibus nouerat publicos hostes receptari: pessimū enim hoc genus hominū receptatoꝝ, ut Imperator ait, in eādē recidit cul- pam, cum latronibus: Ergo adorti ciues nota latronū receptacula Wal- row, Klockstorpe, Karlow, Mostin, Dusow, Slawekestorp, Lino w, & Nannendorpe, a solo subuerterūt: cum sibi fuga, qui inerant, per paludes & inuia consuluissent: Igitur subuersis latronum latibulis, onustum p- da reduxerunt exercitum: cum dilapsi hostes, eorum manus euitarint. Ci- uibus autē in sua redeuntibus, multæ ex deiectis munitionibus denuo in- staurantur: q; principi suo se de impositis criminibus legitime, ut putaba- tur, purgassent: Permansit aliquādiu eius rei memoria, ut latrocinijs exte- ti, & receptionibus propinquā abstineret: Sed temporis tractu cum ur- geret inopia, facile ad ueterem questum redierunt. XXXII.

Lubicien. du
cūt in Race-
burgum.

Subuerterūt
latronū rece-
ptacula.

Emansit a uetusta memoria, principatus in gente Wandalorum, qui solus generale totius, ac latissimæ gentis uocabulū seruaret, ut usq; in ea tēpora, & nunc quoq; principatus Wādalīe dicere- tur: interceptus Magnopoli ducatu, Stargardieq; principatu: nūc princi- pes tenēt Magnopolēses: cuius sunt opida Gustrow, atq; Parchim. Hoc loco oportunū, immo ad intelligēdā successionē penē necessariū est ab ini- tio repetere principū Magnopolensiū lineā, & partitionē principatiū, qui ex quatuor riuis, iam in unā domū Magnopolensiū concurrūt. Henricus filius Burewini, nepos Pribislai, I. in hac gēte Christiani principis, stipes est in hac nobilitate: Nam frater eius Nicolaus, obrutus ruina domis in Godebusch, nullā reliquit prolē. Hic ergo Hēricus ex uxore Sophia, filia regis Suecie, sustulit filios Iohānē, Nicolaū, Burewinū, Pribislāū, diuiso- res terrar; in quatuor principat̄, non equos tñ: Nā senior Iohānes accē- pit Magnopolim, a quo est successio principū hodie florētiū. Nicolaū ac- cēpit in Gustrow principatū Wādalīe, Burewinū dñatū Rostock cēsem, Pribissaū Richēberge, cū opido Parchim, & cōiacētib; Ex his est quadri- faria partitio: ceterū Stargardēsis principatus posteā accessit. Nominabi- mus successionū capita: res gestas suis locis coaptabim;. Iohānes Hērici fi- lius, dñs Magnopolēsis, diu literis insterit apud Parisios, fact⁹ in Theolo- gia magister, reuersus in terrā, iurisfōne suorū, literas cōtemnētiū, appellat patrio nomine Knese Janike: ex uxore de Hēneberge genuit sex filios, q- rum exitū supra memorauim;. Hēric⁹ aut solus posteritatē habuit, & suc- cessionē ex omnib; ei⁹ filijs. Reliquit ille filios Henricū, pro magnitudine animi, & rer; dexteritate, Leonē, & Iohānē fratre ci⁹, qui, plē nō reliquit:

Opida duci-
a Wādalīe.

Linea prin-
cipū Magno-
polensiū.

Wādalīe ter-
ra in prin-
cipat̄. III. dñ
uiditur.

Magnopolē
siū posteritatis

Primi duces
Magnopolē.

Hēric⁹ suspē
for.

Posteritas lo
hānis, Vlrici
I. fratri.

Magni poste
ritas.

Nicolai, secū
di Hērici filij
posteritas

Burewini,
certij Hērici
filij, posteri
tas.

Pribislai, q̄r
ei Hērici filij
successio.

Pribisla⁹ p̄
d. Mariæ ima
ginę p̄ numi
ne colit.

Capitur eps
zuerineñ.

& pro ingēti fratris gloria, ille omnino sileſ. Hēric⁹ filios reliqt Albertū, & Iohānē, primos ducali titulo insignitos. Albertus + III. tres filios reliqs reliqt Hēricū, pro zelo iusticie cognomēto suspensorē. Albertū regē Suecie, & Magnū. Iohānes dux, Alberti frater, reliqt Vlricū, Iohānē, Rodulphū, & Albertū. Rodulph⁹ primū Scarēsis in Suecia, deinde Zuerinēsis epūs fuit. Albert⁹ in Tarbatēsem Liuonię elect⁹, post ānū interiēt. Hic pri m⁹ sedit in terra Stargardēsi: ibic⁹ reliqt filios Vlricū, & Iohānē. Vlric⁹ reliqt Hēricū: & is Vlricū: in q̄ defecit linea. Ceterū Iohānes Vlrici. I. frater reliqt Iohānē, in q̄ & illa linea defecit: & uenit principat⁹ ad Magnopolē ses. Alberti. I. ducis linea attingam⁹: Is reliqt Hēricū suspēsorē: q̄ filiū habuit Albertū: in q̄ stetit illa linea. Secūd⁹ fili⁹ erat Albert⁹ rex Suecie, q̄ filiū habuit Ericū: in q̄ stetit & illa. Ceterū Magn⁹ est, ppagator posteritatis in hodiernū: q̄ reliqt filiū Iohānē: Is Hēricū, & Iohānē: Iohānes sine ple defecit: Hēric⁹ genuit Albertū, Iohānē, Magnū, Baltassar; tres abeūt si ne ple: sol⁹ Magn⁹ reliqt Hēricū, Ericū, Albertū; Hec est Iohānis successio q̄ in diuisiōe fratrū acccepit Magnopolim. Ceterū secūd⁹ Henrici, quē sti pitē inuenim⁹, erat Nicola⁹: Is in partitiōe hereditaria acccepit Wādaliā: que ex omnib⁹ latissimar⁹ nationū, puincijs, sola uerū & antiquū nomē retinuit, ut Wādalia dicereſ. In ea sunt opida Gustrow, Plawe, Malchin cū ceteris. Is reliqt filios Iohānē, & Hēricū: Iohānes reliqt Nicolaū, & Iohānē. Hēric⁹ reliqt Hēricū, & Nicolaū parricidas, ideo nō crescētes. Nicolaus, Iohānis fili⁹, uindicauit patruū in patruelis. Iohānes frater ei⁹ peruenit ad annos Christi, MCCCXVI, q̄ multa egit cū Iudeis in mirabili sacramēto. Is reliqt Nicolaū, & Bernhardū: Nicola⁹ reliqt Laurētiū, & Iohānē. Iohānes sine ple. Laurēti⁹ reliqt filios Baltassar, Nicolaū, Wilhelmū, omnes sine ple. Bernhard⁹ in Warle reliqt filiū Iohannē: is Nicolaū: is Iohānē: & in eo defecit linea: & rediēt tot⁹ principat⁹ ad Hēricū Magnopolēsem, Magni patrē, Hērici, Erici, & Alberti auū. Terti⁹ Hērici stipitis fili⁹ Burewin⁹, terrā Rostockcēsem acccepit: & ad ānū Christi, MCCLX. p̄ uenit. Is reliqt Waldemarū: q̄ puenit ad ānū, MCCLXXXI. Is q̄q̄ Ni colau, cognomēto puerū: in q̄ stirps defecit: & rediēt ad Hēricū Leonē, in Magnopolim. Quart⁹ stipitis fili⁹ erat Pribisla⁹, q̄ acccepit Richēberg, & Parchī, cū ptinētis. Is reliqt Pribisla⁹: predia partī pignorata, partī diuē dita, redegerūt illū in pauperiē: ideo cū uxore cōcessit in Pomeraniā ad locū: ubi in arce pmissa, sine liberis obiēt in paupertate: & agglutinat portio ei⁹ Wādalię. Hec summati dicta, hūc teneāt locū: ceterū de reb⁹ singulor⁹ gestis, q̄ tradita sunt nobis, suo tēpore recordabimur: Sed qm̄ pauca de duob⁹ Pribislais legūt, eaipsa huic narrationi cōtexam⁹. Resedit in patre nōnihil gētilitij erroris: nā imaginē D. Mariæ in clypeo pictā deferēs pro numine uenerat⁹ est. Rodulph⁹ Zuerineñ, eps, arcē in Butzow extruxit: Pribisla⁹ diurnū op⁹ noctū iussit demoliri: Cūq̄ nec sic epūs a cōmunitione cessaret, euntē per prouinciā cōcepit epūm, in equo cōstituēs militē seculi, ac pontificē: nec dimisit nisi ere suo redēmptū militariter. Epūs seruiebat tēpori. Cūq̄ in lōgū duraret cōtrouersia, contēpsit recōciliationē

Pribislaus. Nūciatur episcopi p̄fēcto, uiro militari, inermē tendere Pribislaū per uicina loca: aggressum armis capit, reddens uici uicem; ut se captiuitate laxaret, dimisit patruelibus, accœpta pecunia, Parchim, Plawe, Goltberge: nec remāsit in eius dominio aliquid, preter opidū Sterneberg, cum pertinētis; quod postea dimisit Hēricus de Magnopoli: Ita se exuit omni principatu, nō sano capite. Filius patri cognomin⁹, accœpit uxorem filiā Mestini ducis Pomeranie: & in dotem dedit pater filiæ opidum Bolgarde: quę fuit omnis possessio patris, ac filij, in qua defecerunt, in pauperie, sine prole morientes.

CA. XLIII.

Vnc principatū Wādalie tum tenebat dñs Hēricus princeps modestus, ex nepotib⁹ Burewini primi. Iste Hēricus cum filios insolentiores haberet, Hēricum, atq; Iohannē, eosq; crebri⁹ super insolētia increparet, nec permitteret usib⁹ eorū plenos sumpt⁹, stringeretq; frena libidinis: ut paternis monitis ad frugaliorē uitā redirēt; improbi iuuenes, pessimo cōsilio, patrē in uenatione agentē, sumptis armis oppresserunt: quo maturi⁹ ad principatū, rerūq; administrationē peruenirēt: Specrarentq; rem atrocissimā aut occuli posse, aut casibus uenationis, qui uārij sunt imputari. Sed uicini prīncipes Magnopolenses, rem exēplo, & facinore pernicioſiſſimā, non passi trāſire inultā, propinquos suos armis aggressi, terra eiēcerūt. Illi fugati, ad patruū Nicolaū, qui Parchim incolebat opidū, se cōtulerunt: multa questi in fratruelis suos de Magnopoli: purgationē impositi criminis attulerūt: persuaserūtq; homini, ut quāta potuit arma, reducēdis illis cōmodaret. Nec defuit illis Albert⁹ dux Saxoniæ, qui innoxios crederet: alioqui pñicioſiſſimū fuerit, atrocissimos parricidas, in quos lex singularē excogitauit poenā, armis tutari. Sed dux ab illis tum persuasus, misit eorū auxilio unū ex p̄fēctis suę ditionis, armis satis stipatū. Cōgrediuntur Magnopolensi⁹, & inclinante illis fortuna, propinquos suos in fugā uerterūt, captis ex eorū satellitio trecentis. Ann⁹ erat nonagesimus quart⁹ post milleducētos, cum hec ageretur: permālitq; res atrocissimis digna poenis tum inulta. Nam Magnopolenses, eo tum uulnere accœpto, conquieuerūt: Mirū quomodo res una, diuersis narrati onibus texatur. Annales Magnopolensiū, quibus fides in ea re maior est, sic habent: Ceso Henrico patre, Nicola⁹ Iohānis primogenit⁹ parricida fratruelis iunctissim⁹ erat uindex, de nece patrui: occupat, quas potuit munitiones parricidaꝝ, Zwaen, Lawe, Warne, cum se illi, ut poterant, tueretur. Morit⁹ in eo luctamine Nicola⁹ alter ex parricidis: Henric⁹ Magnopolensis se rebus immischt: ut terris uelut ad p̄dā expositis, partē detraheret. Interueniūt tractat⁹ Rostockij, opera W̄islai Rugiani principis, & Bugslai Stetinēlis ducis: Cum parricida reposceret sua, Nicola⁹ indignū diceret successionē parricidā. In hac contētione disceditur. Nicola⁹ clausa licet ciuitate elabit⁹, & noctu peruenit in Gustrow. Sequit⁹ eū Rugian⁹ princeps, pacis sequester, & uelut hostis ab Nicolao capit. Cōgrediuntur inde Nicola⁹ & Hēricus Magnopolēsis, luctati de ditione parricideꝝ. Prelio uictor Nicolaus, multos capit: Inde cūcūfert exercitū Nicolaus:

v ij

Capit⁹ Pribislaus.

Pribisla⁹ fili⁹
i paupertate
deficit.Hēric⁹ mode
st⁹ princeps.Opprimunt
Hēricū im
probi filij.Fugātur pa
rīcīdā.Fugātur Ma
gnopolēsis.

Variat̄ annales

Nicola⁹ pā
rīcīda mortisCapit⁹ Ru
gię princeps.

LIBRI VII. CA. XLIII. ET XLIII.

Clericus clauis
uiū formas
cera exp̄ssas
tradidit.

Moritur Wil-
helmus dux
Brūswick.

Fraternitatis
magistri mu-
tatis cōsilium.

Henric⁹ occu-
pat Brūswi-
cum.

Proscribitur
uiri. LX. ca-
duntur XII.

Lubicēses fœ-
dera cū uici-
nis principi-
bus renouāt

Ductor ag-
mē p̄dit Lu-
biceñ.

Cedūs Lub.

Hēricus Magnopolēsis iam uisus est tueri partes Hērici parricide; non tñ oblitus suor̄ cōmodorū, uicissim & ille multa occupat; opidum Warne duo Hērici occuparunt, fraude clericī, qui clauis formas cōra expressas, tradidit illis. Nicola⁹ per lacū ex Rabele, & Plawe, & Russus a terra op̄pugnās recepit opidū: captis, qui inerāt presidio. Pacantur deinde res inter Nicolaū & Hēricum Magnopolēsem; Parricida aut̄, ut dignū fuit, in tenuitate sine prole permāsit. Quo etiā tempore, mortuo W̄ilhelmo duce Brunswickensi, uix ex ephēbis ueniente: Henricus & Albertus fratres eius, quorū Hēric⁹ maior natu dñnatū in Embēke, cum adiectis ditionib⁹: Albertus terram Gottingēsem, quę dicitur Trāssyluana regio tenerēt: facta prius inter fratres familię herciscūdē exequitione, in urbe Brūswico: eā partitionē, cum antea approbasset publicū ei⁹ urbis cōciliū, magistris fraternitatum, Geldas uocāt, subscrisſissent: mors interueniēs fratris iunioris, qui Brūswicū teneret cū parte sua, quasi in paterna domo minor perseuerās, priora subuertit cōsilia. Magistri fraternitatū, societatū ue, in Hēri cum seniorē inclinauere: cui etiā literas dediſſent, inq̄ urbē uocassent, reclamāte publico ciuitatis cōcilio, q̄ in Albertū, modestiore principē, magis propēderent. Ergo, cum in manib⁹ Henrici urbs esset, illiq̄z infrunita multitudo accederet, per magistros societatū: senat⁹, uel effecit uel ut fieret, dissimulauit: ut noctu ingressus Albertus, per portam nouę ciuitatis, pretoriū eius partis insidere coepit, pro arce. Henricus mox sibi fuga cōsuuit. Albertus tum rerū potitus, captis memoratis fraternitatū magistris, quadraginta ex his proscripsit: duodecim sceleratores destinauit ad necem: e quib⁹ unus paulo ante peregrinat⁹, non redibat: undecim neci ad iudicātur: iugulati decē: undecim⁹ miserationis temperamēto ceditur gladio. Ea, & si nihil ad Wandaliā, quia tamē temporī incident, hunc teneant locum.

CA. XLIII.

Er eadē tēpora, cum latrociniōr̄ publicis itineribus nullus esset p̄finis, ciues Lubicēses, quos potissimū damna feriebat, renouatis foederibus cum uiciniis principib⁹ de Magnopoli, deq̄z Wandalia: ut uno animo publicos omniū hostes insectarētur, equestri familie sue prefectū, uirū militare, animo & manu promptū, cum expeditis misere in terras Wādalor̄, ut insectarētur predones. Ille ignar⁹ uiar̄, ductorem ac coepit, qui per cōpendia, perq̄ semitas illos perduceret in hostes. Ductor ille duplex animo, uir totus neq̄, cum fidē iurasset, precessurū se pollicet, speculaturūq̄, quid apud hostes ageretur: Sacramētum eius malignū animū non mutauit: Credidit uir fidelis homini perfido: Ille profectus ad hostes, omnia Lubicēsium consilia detexit. Tanta manu in illo loco affuturos edicit: si modo uiri sint, omnes se facile perempturos. Illi accepto, quot superuenirent, aucti numero, & armis, in locum a proditore constitutum adequitat. Ibi Nicolaū Lyndowe prefectū Lubicēsiū, cum expeditis suis excipiūt: numero aut̄ prēstātes & ferocia, minorem Lubicensium manū oppresserāt, ut ne un⁹ superesset. Vigebat tum in urbe Lubica controuersia, inter episcopū, & populū, de causa fratrum, deq̄z maiori, que ac-

LIBRI VII. CA. XLIII. ET XLV.

cesserat causa molare de proprietate eare. Interdixit iterū pōtifex diuinis per ecclesiā officijs: Populus interposita appellatione, fratres habuit adhērētes: qui ut solēt populū a clero distinere, nunc in causa populi, inhēsere populo, quomō in priori populus inhērebat fratrib⁹. Sēsit iādudū ecclesia murē esse in pera, qui etiā Romanę ecclesię formidinē inīciat. Archiepiscopus Bremēsis Giselbertus, excōmunicauit fratres, interdicti ab episco po positi uiolatores: Interdixit terminor⁹ suor⁹ (ut uocant) quest⁹, per di strictus suffraganeor⁹: nihil ea re facti sunt emēdatiores. Ciues absentiū canonicor⁹ curias, primū spoliatas, subuerterūt. Ita triumphat popu lis insolens in clerū, cum nihil minus habeat diuinū officium per fratres. Vide otiū quid prestet, & cib⁹ alien⁹, ait Comicus.

XLV.

Hec est a passagio, quod ad annum sextū & septuagesimū Gregori⁹ X, indixerat, in hūc usq; annū primum, post milletrecētos, in captiuitate permāsit, hoc anno incolumis rediit in sua. Quo tempore, famulus un⁹, qui indiuisus semper dño comes adhēsit Martinus, artem textoriā perdidic̄it, in sericis, & auro operatus, dñmcp⁹ secum eo labore sustinuit: Iam enim ueteres captiui, min⁹ cōceperāt custodiri. Vnde factum est, ut uaria fortuna, sepe & multū per itinera delitescens, Romā perueniret: Ibiq; reperit scribā cōcilij Lubicēsis, Alexandrū. Ille comperta principis fortuna, quē iamdudū sui interijsse suspicabātur gemētes, sumptibus pro eo in itinere factis Lubicā usq; perduxit: Ibi uenerabiliter excoēpt⁹ a clero & populo, per aliquot refocillat⁹ dies, iumētis, uestib⁹, & insigni familia decoratus, remittitur in sua: Noua ibi gaudia, inaudita trīpudia, filiorum de patre, & iam nepotū de auo, totius populi de principe. Pendebat a collo cōiunx charissima, non passa diuelli: Affuere nurus gratulabūde: nam qui periisse putabāt inuētus est: & qui ab omnib⁹ iam inter mortuos deputatus est, cum uiuētibus uiuere cernit. Quāto illi gratiō restituta patria, & ille uicissim patrie, q̄ si nūquā fuisset amissa. Sic se res habet: Rei preciū iustum nemo dicit, nisi post q̄ ea diuti⁹ caruerit: Miratur multa per absentiā suā diuturnā innouata: Videt nepotes ex filijs: Audit casum filie luctuolum: Cōponit quē uidebātur ordinē egressa. Rei nouitas a me impetrat, ut aliā q̄q; eius rei narrationē, & si non tam uerisimilem, tñ magnis authorib⁹ proditā, non omnino pretereā. Ferūt in seruitute iam senescētem, interpellatū a Saldano domino suo, tum primū in eā dignitatē proiecto: Erat autē uigilia Dominicę Natiuitatis: Vellesne in honorē Christi tui, cui⁹ iam Natalitia inter Christianos instat, liber effet: Ad quod ille: In manu tua est dñe facere de seruo quod uoles, uerūtū redire ad meos quis dabit: Vxor mea, liberi mei, iam me dudū inter mortuos deputauerē. Non est ita inquit ille, cōperi ex peregrinis tuę gentis, omnes incolumes, tuo tabescere desyderio: Et ut intelligas me tuor⁹ nataliū, & rerum, esse cōscium: Meministi, cum sub parente tuo in Liuonia militares, magistrum quēdam machinarę, magnā parenti tuo in hostes operā nauasse, & magnā sēpe in hostes stragē fecisse: Ego sum ille, qui postea inter Taitā-

Frates po pulū solēt a clero distinere

Ciues canoni corū curias subuerterūt.

Famul⁹ Hē ricū textoria arte sustinet.

Miro gaudio Hē rediēs a suis excipiē

Alia de mas numissione H. narratio

Machinariū maḡ Salda nus factus.

LIBRI VII. CA. XLV. ET XLVI.

Manumisit
Henric⁹ Ma-
gnopo dñs.

Henric⁹ filius
patrē redisse
nō credit.

Suspensi ui-
ri XL.

Arx Glesme
expugnatur.

•
Wismarien
arcē Magno
poli euersā
restaurare cō-
pelluntur.

Dñs de Ro-
stockio subi-
cit se regi
Danorum.

Moriūt Wen-
tia duov.

ros magnā assequut⁹ punctionē, nūc, ut uides, maiore in hac gēte teneo: liberū te esse cōstituo: dans etiā uiaticū, ob uetus cōmilitium. Ille gratias agens, proficiscitur; & ab urbe Ptolomaida nauigans, iterū in mari capit, & uelut fugitiu⁹ reducit⁹. Saldan⁹ reductū, iterū dimittit in Cyprū, quo in loco amicā fertur reperisse nuptam regi: quod supra memorauim⁹, que refocillatū mittit ad sororē in Massilia: Ibiqz per dies morat⁹, mittit inde in Henēberge, materni generis cognatos: a comitib⁹ cōmendatus senatu in Magdeburgo: Ille misisse illū fert in patriā cū honore: Reperisse Henricū filiū in oppugnatione arcis Glesme: Sed ille ad primā uocē nō credidit redire patrē, bis ante delusus, cum matre, ab adulterinis; qui se diuisis temporibus fingeret Hēricū: ambo digno exitu perempti: alter aquis, ali us igne cōsumpti: Pater oppugnātes hortatus, iubet erigi furcā, ut terreantur latrones: Ad cui⁹ cōspectum, demissi animis, aut lentius pugnantes capti, aut in gratiā se dedentes, numero. XL, sunt appēsi. Interim seniores ex militarib⁹, qui Henricū familiari⁹ nouissent, missi ab uxore & filio, conspicatur, si uerus sit, qui speretur: Vbi renūciatum est esse, gaudio pleni occurrit, & in oscula ruūt, lachrymas miscēt, dāt gaudia fletus Hēc est altera narratio a prima: sit liberū lectori de rebus iudiciū. Mihi hēc nimiū uidetur, ad studiū efficta: Nā in alia narratione mox sequit⁹: Anno non longius proximo, audit ex arce Glesme multa fieri latrocinia, legib⁹ & bonis moribus obuia: Ea cum non nisi armis reformari posse uideretur, contraxit copias: Occurrit ad ei⁹ oppugnationē, Alberto de Brādenburgo marchioni, cuius filiā alter ex filijs tenebat cōiugē: expugnat, & solo linquūt equatā. Eisdē copijs duxit in Wismariā, cui⁹ ciues iam in bonū modū auēti, cum sentirent opes de mari crescere, cōtumaciam quoqz in suos principes crescere illi senserunt: Nam ueterē arcē Mekelnborg, cuius opidū iam paulatim euauuit, de uicina ciuitate euerterūt: sed Henric⁹ per pulit armis, ut in quē uellet modū renouarēt: eiusqz rei fide facta, dimisit exercitū. Interim Albert⁹ Brādēburgēsis marchio, oppugnabat dominū de Rostockio, eo q̄ filiā iam despōsatam cōtempserit, accoperitqz coniugē, relictam Bugislai principis de Wolgasto: Pulchra nimiriū cōpensatio: Olim marchio uetuit filiā Bernhardi ducis Saxonię dare Wādalorę principi, quem ille canē uocitabat: unde etiā multa tum prouenere mala: quod diximus supra suo loco: nūc rebus cōuersis, princeps Wādalus, cōtemnit filiā marchionis. Sed cum ille armis cōtemptū suū vindicare cōstituisset, dominus de Rostockio regi subiēcit se Danorę: ut ei⁹ defensione tutior esset, Eric⁹ rex rem tantā nō leuipēdit: sed exercitū misit per mare, quē opposuit marchioni: Aliquot excursionib⁹ preliatū est: sed facile peruenit res ad cōpositionē: ubi maiores ex aduerso eluxere uires: permāsitqz principatus aliquandiu in subiēctione.

CA. VLVI.

Entzella⁹ Rugianorę princeps, per ea tempora cōcessit in fata, si-
lium sibi equiuocū relinquēs in principatu: Alius q̄qz Wentzla-
us rex Bohemie moriēs, ut supra ostendim⁹, filium sui nominis
heredē reliquit. Sed ille eodem anno cēsus a suis, filiū, non reliquit, perue-

nitq; regnū iure feudi ad Romanū Imperium. Albertus tum Imperator, propinquū suū, & quod alij annales habent, filiū, cui maiorem ex filiabus Wentzlae despōdēs, uelut Romani regni feudatariū, prouexit in regnū. Eam cōiugē cum annis nouē tenuisset, & iam Albert⁹ morte esset absumptus, regina cōtempsit maritū, moribus degenerē, virib⁹ impotentē, patri per omnia dissimilē: Eiectus ille regno, etiā ecclesię iudicio duortiā a muliere. Iam Henric⁹ de Lutzēburgo comes, Alberto successit in Romano Imperio: Is filiū Iohannē, euocata Spirā puella, illi maritū reddidit, egec⁹ duxit per arma in Bohemiam: Ita peruenit corona Bohemie ad sanguinem Lotharingie: Hec repetēda putauit, q; aliquāto diuersi⁹ in nostris annalibus, q; apud Aeneā in Bohemia legerētur. Videbaſ in Henrico Romanū Imperiū pulchre profcisse, cum etiam Bohemie coronā sanguinī suo commēdasset: ita perpetuo futurā sub Romana ditione. Sed qm̄ nostris dieb⁹ obedientiā Imperio Bohemia retraxit, non iniuria hac tempestate cōtemnitur, in Romani principis electione. Lubicā interea urbē, Otto dux de Luneburgo, non equis aspectabat oculis, indignatus illi ex causis, quas annales non cōmemorant: Vnde factum est, ut trecentos equites emiserit, uicina eius urbis deuastare. Fecere illi, quod solent, egressi ad urbes territādas, predā undiq; collectā, pauci abegere: ceteri latuerūt in insidijs. Armis p̄fectus eques in urbe, cum ea, quā potuit derepēte expeditre, manū, equitib⁹, peditib⁹, stipatus, egreditur, & incauti⁹ prouectus, excipitur a latentibus, cum ille persequeret abigentes pecora: ibi fortiter pugnās cadit, cum centū ciuib⁹: ceteri male saucij dissipātur, & in urbem reuertūt. Militares aut̄ ducis aliquot amissis equis, & nōnullis cēsis, captisq; redeūt uictores in sua. In Liuonia interim, defuncto apud ecclesiā Rigensem secūdo Alberto, Iohānes comes de Zwerino, frater Helmoldi ad archiepiscopatū prouehiit: Iam enim nobilib⁹ per Saxoniā, ea prouincia coepit esse cōspicua, postq; iam per annos centū, frequēs in eam fuit militaris expeditio, crebriorq; mercator, ad sua lucra negotiatio. Illoc⁹ per mortē absumpto, circa annū Dñi. IIII, post milletrecētos, papa illi ecclesię prouidit, q; forte esset electio minus legitima: p̄fectusq; est Io. Brand curialis. Interim Lundensi ecclesię, diu sub tyrānide regis laborāte, archiepiscopum dedit pontifex, Isacium quendam, legatione quondā pontificis funētū in Daniā, in causa eiusdē ecclesię, iam suę. Portēta per ea tempora memorant: Nam ad opidū Vredeland ueteris Marchiæ in solo Wandalico, in die sancti Remigij cecidit grando de cœlo, in qua igniti lapilli, qui plurima excitauerūt incēdia, ubi stramina, & paleas, aut aliam arsurā materiā inciderunt: Nihil fuit innoxium, quod illis contingētur: Tecta rusticarum domorū, fenū in horreis, cum frugibus, concrematur: Ipsa in agris pecora ledebant: res prioribus seculis incōperta. Quo tēpore, cum annus ageretur, MCCCVI, cum iam multis uicibus, per multa tempora intētata terre sanctae recuperatio non proficeret, milites hospitalarij sancti Iohannis, insulam Rhodi, expulsis qui tenuere Turcis, cum adiacentibus aliquot occupauerunt, & usq; in hodiernū cōseruauerūt. Hac etiā tempes-

Bohemie
feudi iure te
dit ad Ro.
Imperiū.

Bohemie
rex regno ex
actus.

Bohemie
corona ad
Lotharingie
sanguinē.

Abiguntur
pecora Lub.

Cadit Mḡ
eqū Lub.

Io. comes de
zWerino ep̄s
Rigenis.

Isaci⁹ Lüder
sis ep̄s.

In grādinib⁹
igni lapilli

Rhod⁹ p̄ ho
spitalarios
S. Iohānis
occupatur.

LIBRI VII. CA. XLVII. ET XLVIII.

state, Philippus rex Francie exosus perfidiā Iudeorū, omnibus regni finibus, iussit excedere. Sed nobis paulo retro redeundū est. XLVII.

Wenzlaus
nō satis paret
Ro. Imp.

Wētzlai co
piæ.

Reliqua Im
peratori Ger
mania mili
tat.

Intercipitur
bellum.

Burchardus
Lubicen ep̄s

•
Tēplarij per
Frāciā capti:

Tēplarij apud
Parisios con
crematur.

Vm in Romanorū Imperio adhuc permaneret Albertus, Rodulphus filius, Wenzlaus rex Bohemiarū, non satis faciebat imperata redibat in memoriā amplitudo paternę ditionis: ut quomodo pater, ita & filius minoris cœpit, ac debuit, pendere Romani Imperatoris ius sionem. Tedebat quoq; Bohemiarū populū, libertati, ut putabat, natū, amplius, q; uni suo regi parere: Vnde bellū exarsit non mediocre: Wētzlao uenere suppetiē aduersus Imperatorem, ex Marchia Brandenburgensi, & omni Wādalia maritima. Aderat Albertus Brādenburgensis marchio, Imperatori suo oppositus: Venerat cum illo Iohannes, & Hēricus domini Magnopolēles, & Vlricus de Wandala: que sola uetus nomē seruat: Et iam eum in modū aucta erat arma Bohemii, ut uideretur terre sancte oppugnāde exercit⁹ esse copiosus. Albertus aut̄ Imperator, totis Germanię reliquę uiribus, incubuit pertinacē regē ad obedientiā reuocare: Inerant agmini suo Austrij, olim Norici, Bauari, Suevi, Franci: non dico Gallos: Cunq; sub aspcctu mutuo starēt agmina: uidēs Wenzla⁹, quia multum superaret hostiū multitudine, evitans grādem, que imminebat sanguinis effusionē, submisit, qui placato Imperatore, rem per equas cōditiones interciperent: Id factū est. Octauo tādem anno post milletricētos, Burchardus Lubicēsis episcopus cum clero suo iustificat⁹ in Romana curia, recœpit possessionē ecclesię & prediorū ei⁹: nec tñ iactare potuit de lucro: Piscatiū erat aureo reti, & illo amissō: Ea fuere litis impendia, ea plēbis in res ecclesię uiolētia, ut non facile lucra damnis cōpensarent: Et tamē decorū est, immo etiā debitū, pro iure ecclesię, & eius libertate, ad sanguinem usq; decertare. Sic factus est Christo martyr Thomas Cātuariensis. Proximo anno per omne regnū Francie capti sunt Tēplarij, annitente Clemēte. V. Romano pōtifice: qui hoc secretis apud reges Frāciā, & Hispaniarū, nūc̄ egit, cum detecta esset eorū perfidia, & in Crucifixū dominū blasphemia. Nemo leuem putet occasionē subuertēdi ordinis, quē ante Romana ecclesia tantis euexit priuilegijs. Regibus Francie, Anglię, Hispaniarum, apud q; in regnis demorabant̄, extrusi terra sancta, ea primū uis fania p̄claruit. Illi nūc̄ apud Clementē detexerat̄, pōtifice mirāte: sed uicit eū consuēta, a trib⁹ regibus testimoniu: & ut res fieret cōspectior, pertracti sunt ex his nōnulli ad pōtificē, qui execrationē Christianismi faterētur: Alij tamē questionib⁹ subiecti, nihil omnino fateri uoluerūt: nec poterat a robustiorib⁹ ulla questionib⁹ cōfessio extorqueri: Vnde factū est: ut multi fabularent̄, propter prēdia, & arces, quas tenuerat̄ in regnis, reges in eos cōspirasse: Sed uanū uulgas eque ad crudelitatem fabulationēq; promptum est, atq; temerariū. Magister ei⁹ ordinis, cum aliquot fratrib⁹ Parisij publice cōcrenāt⁹ est: Ceteri per regna, ne bellū, aut grauior aliquis tumulus fieret, uno die capti, oppressiç; sunt. XLVIII.

Em a multis sēculis retro cōmemoratā, de Barbarie, in qua uetuli, etiam parentes a filiis maectātur, & senes iam labori inutiles ad

LIBRI VII. CA. XLVIII. ET XLVIII.

mortem urgentur, hac tempestate quidā ex rustica Wandalorum gente,
qui in durissima seruitute, uix panē excudūt, omni labore, & sudore quo-
tidiano, cōprobauit. Nobilis domina, uxor comitis de Mansueld, filia co-
mitis de Luchow, cum parentes inuisere cōstituisset, iter faciens per meri-
cam Luneburgēsem, in uicino fruticeto, audiuit uocē gemētis, & misera-
biliter precantis: missoc̄ uno, ac altero, ex familia, iubet cōtemplari, quid
esset: nec demorata redditum, cum morā facerent, ipsa aditura iussit aduerti-
currū. Cōspexit senem iam annis pressum, labori inutilē, ligatis manibus
eiulatē, orare, ut uitę ei⁹ parcere. Iuxta uidit uirū, scrobē effodere: quē in-
terpellās rogat, quid moliatur? Ille nihil ratus illicitū, plane confiteſ, pa-
trem suū, iam labori defunctū, & inutilē, quicq̄ panē suū querere non pos-
sit sepulturū; Illa redarguit impiū, q̄ parēti non parceret. Non times in-
quit improbe Deum, cui⁹ est mādatum, de honorādis parētib⁹, & de ne-
mine occidēdo, minime uero patre. Ad hęc ille suspiciēs: Non possum, in-
quit, o domina, auferre panē paruulis, quos multos alo domi, & dare inu-
tili seni; utriscq̄ aut enutriendis, non sufficio: quid faciā? Tum ingemiscens
domina, respexit in suos, dixitq̄: Videtis que sit horū pauperū conditio?
quib⁹ nemo impendit misericordiā, magis emunguntur ad sanguinē: Illa
prolatis aliquot argēteis, dedit filio, ut patri uitā permitteret: Pollicet ille,
quoad durauerint argētei, patri prospecturū. Illa abiēs pauperū secū sor-
tem humanit⁹ miseratur: multa loquens inter amicos, de pressione misera-
rustice plebis: Sed nemo percipit corde: Quātos putamus ea conditione
emori coactos?

CA. XLVIII.

Narratio de
impiō filij i
parēti cōatusInterpellatur
a nobili ma-
trona.Respōsio filij
ad matronā.promīcit uī
tā quoad du-
rēt argentei.Io. marchio
ichoata arce
Lubitze obitFūdatur col-
legiū canoni-
cor̄ i v̄him
op̄Frēs ep̄o q̄
tā mortariora
date recusatOtto mar-
chio Brāden-
moritur.

Ohānes marchio Brādenburgēsis, cum uicinis Wandaliis per ea
tempora luctatur assidue. Ingressus autē principatū, qui nūc dicit̄
Stargardiq̄, oportuno loco firmauit arcē: quam gētis uocabulo
Lubitze appellauit, ab arce, & opido. In hac autē molitione idē Iohannes
uitam finiuit: & germanus eius Otto rem a fratre inchoatā cōsummauit.
Quo etiā tempore, in terra Holsatię, in solo Wagriorę Wandalorę, in op̄i
do Vthin: quod iamduū ecclesia Lubicēsis in proprietatē tenuit, funda-
tur collegiū canonicoř, quod durauit in hodiernū, diuq̄ perstat, ut cōsi-
ditur permāsurum. Fūdator erat senior ille Burchardus, qui, ut diximus,
octogenarius peruenit ad episcopatū, & sedit anno uno & quadraginta:
multis interim litibus, & laboribus fatigatus, sed non fractus. Fratres autē
in urbe Lubica, iam ad ius suū restituti, quartā mortariorū deposcēte, ne-
scientes quid hoc esset, dare recusarūt; nōdum satis promulgata Clemē-
tina cōstitutione desuper edita. Deuoluitur causa ad Romanā curiā fra-
tres instrūtur ut iuribus pareāt: Illi queruntur se esse deceptos, q̄ causam
dederint in man⁹ aduersarioř: Iam deputat̄ aduersarios, quos ante con-
gnouerāt suos fundatores: postea tamē uaria priuilegia, & nouissime ma-
re magnū accipiūt, in quo, si fieri posset, ecclesiam omnē demergerēt. Per
eadem tempora, cum Otto Brādenburgensis marchio, bellū in Wanda-
los perseuerāter ageret, arcemq̄ a fratre inchoatā perfecisset, domū reuer-
sus, diem suū & ille obiit. Iohānes autē filiū reliquerat paruulū; Sed Wal-

LIBRI VII. CA. XLVIII. ET L.

Waldemar
rex gubernac-
ula subit.

Principes in
rosariū cedūt

Rostockiū
malo sydere
fundatū.

Wismariēses
principi urs/
bis portas
p̄cludunt.

Eliciūtur ci-
ues ad pug-
nam.

Iubētur Ro-
stockcēses pa-
tere Hērico.

Quib⁹ cōdi-
ctio; b⁹ sic pa-
ctum.

Vacillant ci-
ues i pactis.

demarus amborū frater german⁹, subiit gubernacula, nepotem ex fratre enutriēs. Is rem super cōcordia, & fœdere cū rege Danorū Erico, ab Ottone fratre inchoatā impleuit: ueniēs cum splendore multo ad opidū Rostockiū. Sed cū nec⁹ rex a mari, nec⁹ marchio a terra sineret urbē ingressi, q̄ uereretur ciues opprimi suā libertatē, in uicino urbī loco (rosariū uocant) tetenderūt: ibi⁹ rem curialē multo splendore: quod in Dania scripsimus, peregerūt: creatis a rege militib⁹, quod erat cōstitutum, & donarijs largissime per omnes gradus nobilitatis distributis. Eā tñ rem ab urbicis diffidēter regi, cui suberāt, impositā, per suspicionē opprimēde libertatis: postea, quod suo loco dicem⁹, rex magnifice in Rostockcēses uindicauit. Sub eo sydere fundatā ferūt eā urbē, ut uix trāseat unā Saturni reuolutionem, sine manifesta purgatione.

CA. L.

Enricus dñs de Magnopoli, filius captiui, cum iam secūda uota h iniret, accēpta coniuge germana, Rodulphi ducis Saxonie nuptiale solēnitatē in sua urbe Wismaria cōstituit peragere. Sed ciues exemplo Rostockcēsiū, se in eā proteruiā erexere, ut portas seratas habent, timētes suę libertati frenū inīci. Indignat⁹ ille, quomō uindicaret suorū in se cōtumaciā cogitauit: Oppugnauit urbē terra mariq;: cinxitq; obsidione, duo ad orientē, & occidiū erigēs presidia, quib⁹ affligeret urbem: suos nihil omn⁹ inde tutatus. Rex Danię Eric⁹ armatā illi misit classem, ut arceret a mari: Sed uicinę urbes, suā perinde causam arbitrātes uicinū incēdiū, armarūt ille q̄q; naues, ut regns occurrerēt, & uarijs casib⁹ sunt cōflictatæ. Dux aut terra perurgēs obsidionem, elicuit ciues ad pugnā, ostentās illis bene gerēde rei occasionē: Illi procurrūt, ut solēt, sine ordine aude ad pugnā, quę illis polliceret ex aspectu rei uictoriā: Stratagemata militatiū non intellexere. Effusi portis intercipiūt, mactat̄, urguntur in lac⁹, ut mergant̄: Ita insignē ciues accēpere cladē. Cū uero Danorū rex scriberet Rostockcēsib⁹, ut sub obtentu gratię sue, & sub amissione honorę omniū, quę in regno teneret Hērico principi parerēt ad omnia, portas, & munitiones non claudētes, quę ille faceret tutorē Rostockensem: Subiēcit enim ille se principat⁹ regi, ut tut⁹ esset a uiciniis. Ea res consternabat Wismariēses. Igitur Waldemarū ducē Sleswicensem, & Nicolaū principē de Werlo interposuere tractatores: qui rem his cōditionib⁹ cōpacarūt: Iuraret senat⁹, cum parte ciuiū, non se cōtumelię gratia, sed iusto timore, ne urbs in alterā recideret ditionē, clausas illi habuisse portas: Quę a dño suo tenerēt, iure pignoris, redderēt absq; omni redēptione: debita quę princeps inter ciues cōtraxisset, laxaret senat⁹: claves porte in Magnopoli essent in manu principis, ut liber esset illi ingressus, & egreditus, die, noctuq;: Inde ut curia principis eo loco per Rostockcēses deiecta instauraretur: Sed in capite uacillatū est, cum cōtenderent ciues hoc in partis non cōuenisse. Patiunt̄ tamē, ut princeps, suis sumptib⁹ instauret, & portā erigat in Wenekamp: cui opposuit alteram q̄q; turrim, & reddidit claves portae Magnopolēlis: Nam tūc habuit, qđ querebat, ut esset adit⁹ & abitus illi liberim⁹. Rex Danię Eric⁹, iam ob similiē causam Rostock-

LIBRI XII. CA. LI. ET LII.

censibus hostilia, & periculū capitū nūciauit, cum omnib⁹ principib⁹, qui superiori anno ad ei⁹ urbis uicinia, regis curiā honestabāt. LI.

nacula, nepon
ge Danoru⁹ Ei
andore multo ad
a terra sineret ut
icino urbi logiq
ore; quod in Dan
rat cōstitutum;
utis. Eā in rem
ione opprimēd
Rostockeis
seat unā Saturnu Vic regi Hēricus se cōiūxit, societate iniēs belli; q̄ a mari, in quo rex dominaret, potissimū possint urgeri. Primū ergo principes, iunctis armis, ducūt in Rostockiū: Rex quidē tonabat a mari: Marchio cū uiciniis principib⁹ purgebat a terra: Obsidionē ciues leuipendere, qđiu portū haberēt a mari patentē: Eā uia interclusuri principes, ad ostiū Wernouiae castra mouent. Ibi ad utrāq; ripā firmāt prēsidia: Ostiū maris immersis nauigis, & grādib⁹ saxis, occludere pertētarūt: & ad tusenda prēsidia, militib⁹ impositis, reducūt exercitus: Quib⁹ dilapsis, ciues cum apparatu bellico egressi, oppugnarūt munitiones ad ostiū fluminis, facileq; deiecerūt. Iam uero fluminis impet⁹ facile dispulit obstacula, que deiecta erāt: & rediūt res ad statū pristinū. Ciues q̄q; tutādi port⁹ gratia, & ut emineret nauigātib⁹ noctu lucerna de sublimi, turrim in sublimi ere xerāt cōmunierātq; Sed Eric⁹ rex Danor⁹, proxima estate ad nauigās, cū apparatu bellico, ad ostiū Wernouie sese collocabat: turrim oppugnans machinis, & petrariis, facile expugnat: auctaq; munitione, quatuor per totidē angulos prēsidia collocat, fossatis, pfundissimis, uallisq; cōmuniuit: ut ab insultatione securi sint urbicor⁹: & imposta ualida manu, que tutan dis satis esset, cōmeatuq; & armis impleta munitioue, reduxit classem in regnū. Ciues ubi pspexere se inclusos, q̄ neq; terra, neq; mari sinerentur egredi, fecere, qđ solent irritati canes, in proximū uersi se vindicant. Itaq; tumultuātes, in senatū suę urbis, arma uertūt: pro arbitrio fingētes, quasi bet causas. Multos ex eis cōtrucidarūt, paucis per amicos clāculo seruatis donec ira deferueret. Māsit ei⁹ plātarū radix diu amarissima: que semel imbuta sanguine, difficulter euelli. Erat aut̄ tertiusdecim⁹ post milletriū cētos a nato Christo ann⁹. Demū missis ad Danor⁹ regē nūcīs, gratiam ei⁹ implorarūt, quādo regnis ei⁹ ad faciēdū questū carere haud poterāt. Sed proderit ista ab origine explicare. CA. LII.

aceret tutorē Rob
effer a uiciniis. E
ce Slefweicen;
qui rem his cō
se cōtumelie gra
ausas illi habu
abq; omni red
aret senat⁹; claus
let illi ingrello.
per Rostockeis
tenderent ciues
uis sumptib⁹ in
n q̄q; turrim, q
d querebat, u
simile casum. Ppereprēciū est, diligēti⁹ statū illor⁹ tēporū intueri. Cū per eam o etatē Nicolaus, cognomēto Puer, dñio Rostockēsi preefset, & iam circūspiciēs cōthoralē, spōsam primā comitis de Lindow repudiasset, & alterā, que filia esset Alberti marchiōis nō acccepisset, sed filiam Bugslai ducis Stetinēsis: marchio cū comite contēptū sui, armis uindicta cauere: placati tñ ere, & imposito terre tributo, reduxerūt exercitum. Sed cum tederet tributorū, sumpserē cōsiliū: ut Nicola⁹ cum suis se subiūceret. Eric⁹ Danor⁹ regi ad defensionē: Simul, ut securi essent ab Hērico Magnopolēsi, quē metuebāt. Ea tū causa esse poterat, ut urbē Rostockēsem iam subditā, nō premeret rex tā magno nobilitatis & principū cōuentu: Sed pro tēpor⁹ ratione, in solsticio estiuali, mallet celebrare in tētorijs, qđ nobilitas ipsa magnificēti⁹ ducit, q̄ in fumosis urbib⁹ demorari, & curiam instrueret. Sed tū infensus erat rex Rostockēsib⁹, q̄ bello Wismariensi, literis ei⁹ non paruissent, sed uiciniis tulissent suppetias: Ergo mouet rex in eos; illa molit⁹ cū Hērico Magnopolēsi, que proxime dixim⁹. Sed tum se

Obsidetur
Rostockiū.

Ciues muni
tiōes demoli
untur.

Danor⁹ rex
q̄uor prā
dia locat.

Ciues arma
i senatū vtūc

Nicola⁹ Ro
stockiū dñs
regi Danor⁹
se subiūcit.

Magnificēti⁹
est agere in
tētorijs, q̄ ur
bib⁹ fumosis

LIBRI VII. CAP. LII. ET LIII.

Rostockenses
a Danorū re-
ge deficiuntur.

Oppugnan-
tur munitiones in Wer-
nemunde.

Rex uocat ad
arma confederatos.

Fit deditio:

Tumultuan-
tur Rostock.

Rostockium
oppugnatur

Rostockenses
noua statuta
condunt.

Pulsi cōsules
iusticiam ab
Hērico petunt

immiscuere maiora mala: Nam tumul tuati ciues, pessimo cōsilio discesserunt a rege, cui essent sacramentis addicti: & Nicolaū dominū suum duixerūt in pretorium: ut de sublimi suscipiat ciuium suorum in foro stantium sacramenta: Quid, inquiunt, opus est seruire extraneo, quando legitimū principem habemus in medio? Refragati sunt quoad poterant uiri cōsulares, prospicientes futurum: sed raptabantur inuiti, ut nolentes, uolentes, facerēt quod ceteri, nisi protinus mori mallēt. Inde facta est oppugnatio munitionum in Wernemunde: & reparauere munitissimā, ut putauere turrim, ex lateribus demolitę turris, ad eēdes diuī Petri: & quotq̄ uidecunq̄ corraderēt poterant, nauibusq̄ circumpositis cum armatura, cōmunierāt. Rex ubi audiuit uocat ad arma principes sui foederis, ut uniuersi in diem Iohannis ad solsticium, in zābulum maris Baltici, ad Wernouī armati assūstant: misit ille ualidam in classe manū: Venere ceteri, & imprimis Henricus Magnopolensis: Ibi primum fame pugnandum erat: pro magnitudine enim munitionis, non facile poterat expugnari. Tribus fere mensibus durabat oppugnatio: cum interim fame laborarent, fecere ditionem. Tum clamor in urbe exoritur: Senatū proditione reum occulte sentire cum rege: iussu eius traditam munitionē: Mox capiuntur, dominus deprædantur, confiscantur bona. Gladijs & rotis sequunt in captos. Henrico Runge nomen erat primipilario: quod infaustum ideo commoratur, q̄ nostra ētate rediuiū nomen eidem esset urbi uelut renatum ab inferis. Germanum habebat in senatu, uirum bonum, pro quo apud improbum interuenere nōnulli: Potes, inquiunt, germanum eximere pericolo: Ille crudeliter, uadat, inquit, socius cōplicibus. Aspirabat sanguinarius in eum locum, quem illo uiuo tenere non poterat. Interim urbs oppugnatur: Multa fiūt leuia prelia, nihil magni geritur: Sed ex promisso ēre, res quietatur. Dum hēc aguntur ad Rostockium Iutie proceres pro sua consuetudinē conspirant in regem, literis desuper confessi. Moritur inde dux Lalandię, & relicta eius, literas regi consignat: Sævit in coniuratos: quod in Dania diximus.

C A. LIII.

Ostockecenses, uelut mare motum non facilis consistit, nec ip̄i constitere, bono ciuitatis cōcilio partim eiecto, partim cōfuso: Nō ua condidere statuta, q̄ nemo allegeretur in conciliū publicum nisi ex consensu seniorum in societatibus (Aldermānos illi uocant) q̄ nulla multa indiceretur ciui ex eorundem consensu: q̄ nemo ciuium fidem interponeret pro militari: essetq̄ inualidum, si quid contra tentaretur. Publico sigillo iussere placita communiri: ferro, & clauib⁹ multis, literas inclusere. Interim eiecti consules egerunt apud Henricum dominū de Magnopoli: ut quoniam uicariū illum rex fecerit in terram Rostockensem, iusticiam illis impartiretur, paratis excipere, & reddere, quod iusticia depositeret. Audit ille iustas preces, & cōmonefacit, efficiant ope intus amicorum, ut porta una, nocte illi pateat, uenturum cum armis, ut uiolentos compescat. Observuant occasionem, cum portę sancti Iohannis custos ab esset, qui in urbe principis nomine prefectus esset, clam portam cum suis

ET LIII.
LIBRI VII. CAP. LIII. ET LIII.

apprehendit: suspicāte nemine quid ageretur. Erat uigilia Dominice Epiphanię instāte. XIII. anno post trecētū. Venit in uesperum clausis portis uir militaris, nūcians stare ad portam duos currus, subuehēdo cōmeatus in Dobran principi: ne qua mora fieret expeſtant, ap̄ riretur: Qui claves seruauit, nihil suspicatus, mandat seruo, curet ut currus inducātur: Introeunt rotam dilabī curauere, ut staret reſerata. Aderant equites, pedetes, qui urgerēt ingressum, & iam emēsi dimidiū itineris ad forum, se in ordinem contulerunt pugnaturi. Ciues ad arma conclamat, occurunt, repellunt. Creuit ad portam pugnantium multitudo, abintus, & deforis: cum accederēt, quos princeps premisſisset: Ibi de sublīmi porte delectis lassis ciues retruduntur: Hostes denuo urgēt ingressum: Pugnatur utrīc̄ acriter: & iam princeps propinquabat: Sed & maiores in urbe excitati, interposita publica fide, ſcīſtantur ex his qui uenerāt, quid peterēt: quid ageretur: Et cum starent utrīc̄ ad pugnam parati, ut & magna sanguinis cōmixtio in oculis eſſet, responſum eſt de parte principis, ueniffe ſe regio mandato ut iusticiam redderet cuique, pro ſuo iure, etiam ſi id poscerēt Lubicensi. Henricus Runge, ascenso curru carbonario ciuibus edicit, ueniffe principem: ut ſine armis, ſine ſanguine, iusticiā redderet, quā nemo bonus recuſaret: fecit armorū motus, ut iusticię nomen non recuſarent. Ille autem primipilarius, male ſibi conſcius, festinabat abire, & elapsus eſt. Princeps diuertit in hospitium, & ceteri pro cōmodo. Centum armati māſere in publico ad principis custodiam. Orta luce deputauit ex ſuo concilio quatuor uiros, qui iusticiam exhiberent. Venere propuliſi ſub aspectum, parati respōdere querulatib⁹: Nemo accusabat: Absoluti ſunt, & ſuis redditū rebus. Tū illi accusauere nōnullos, quoque alij iam dilapiſi, alij preſentes proſcribuntur: alij etiam gladio feriuntur. Ita rebus quietatis, Henric⁹ pro rege ſolus omnia admiſtrat, q̄ portum maris, cum prēſidio regij, & marionum manus, & ipſe Henricus iunctis uiribus tenerent. LIII.

Vrchardus interea Lubicensis episcopus, uir multis ex reb⁹ meo morabilis, ad hoc diu dilatus in terris, ut fratrū rebellionē & ſaeuientis tumultuantib⁹ laici populi in clerum temeritatem cohiberet, caſtigaret, reprimeret. Iam tertio interdixit in ecclesia diuinis officijs, q̄ fratres minores de ecclesia sancti Iacobi, tumulo iam extructo, & cutictis ad funeralia in ea ecclesia parrochiali preparatis, corpus cadauerum rapuerunt, impressione facta per ciues. Episcop⁹ iam grandeu⁹, iam malis affuetus, tertio clerum urbe eīc̄i indoluit. Erat autem quintus decimus poſt annos milletcentos. Sed non durauit ea controuersia, cum cernerent implacabile peccatum pontificis, non cedere malis; ſed contra audēti⁹ ire. Eodem tempore magister Templariorū, cum quodam preceptore, ad ea uſque tempora ſeruati, ſi forte refiſcerent, quia incorrigibiles erant, Parisij publice concremantur. Et ne quid desit malū, etiam in Polonia exorti heretici, eccleſiam turbauere in opido Znidenzte: Multi ex hiſ cōuicti, flamma uitam finierūt, miſſi ad diuturniores ignes. Quo etiam tempore, Philippus rex Francię, cum compertum haberet, leproſos inficiendis per

Rostockium
dolo occupa
tur.

Pugnatur
ad portam.

Edicitur ciu
bus ueniffe
principē.

Absolutus
propuliſi.

Tertio Lub
cæ ſacris in
terdicitur.

Templariorū
maḡ apud
Parisios crea
matur.

LIBRI VII. CA. LIII.

provincias fontibus, operam impendisse per omne regnum: iussit omnes
capi, ac flammis ultricibus consumi. Cum autem ea tempestate, Henricus
Romanorum Imperator, ei⁹ nominis, VII. in Italia edomanda laboraret; ci-
uitates Italice, retinētes, antiquę sub. II. Friderico cōstitutę diuisionis me-
memoriam, in se mutuo sequirent, facile fuisset Imperatori, ad omnia quies-
to, uidere Italos suis se uiribus lacerātes: Sed cum omne illud studium, in
edomandis Florentinis impenderet, iamq; satis attenuati uiderēt, ut pe-
ne in deditioñem Imperatoris uenire cogerentur, fame pressi: exquisita so-
litæ sibi artis industria, uenenum parasse feruntur: idq; q̄occultissime per
minime suspectos magistros ingerebant: Ille fatis absūmitur, dum ad bal-
nea querit frustrata remēdia.

Heřic⁹ VII. i
edomāda Ita-
lia laborat.

Florentini Im-
patori uene-
nū parant.

FINIT LIBER VII.